DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS DE

RHEUMATISMO.

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,
D. JOANNIS ALBERTI,
S. S. THEOLOGIAE DOCTORIS, EJUSDEMQUE FACULTATIS IN ACADEMIA LUGDUNO BATAVA PROFESSORIS ORDINARII,
NEC NON
Amplissimi SENATUS ACADEMICI *Consensu,*
& Nobilissimae FACULTATIS MEDICAE *Decreto,*
PRO GRADU DOCTORATUS,
Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis rite ac legitime consequendis,
Eruditorum examini submittit

GUILIELMUS VERBRUGGE, DELPH. BATAV.

Ad diem 2. Decembr. 1748. hora locoque solitis.

Firma valent per se, nullumque Machaona quaerunt,
Ad Medicam dubius confugit aeger opem. OVID. Libr. 3. de Ponto elegia 4.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud GEORGIUM WISHOFF, 1748.

D E O,

P A T R I A E,

P A R E N T I B U S,

C O N S A N G U I N E I S,

P R AE C E P T O R I B U S,

A T Q U E

A M I C I S.

*Hocce ſuorum ſtudiorum ſpecimen, ut &
ſemet ipſum ea, qua par eſt, re-
verentia offert & ſacrat*

A U C T O R.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS DE RHEUMATISMO.

CAPUT PRIMUM.

De Vocis Etymologia, Morbi Definitione, Differentiis & Sede.

§. 1.



nter Frequentissimos, sic & Gravissimos, quibus non raro hisce in terris corpus humanum miserrime affligitur, morbos haud infimum meretur locum *Rheumatismus*, aegris non solum, sed peritissimis in arte medica viris summam interdum figens crucem; hicce mihi pro summis in Medicina capessendis honoribus dissertanti potissimum arrisit, atque exercitiis Academicis nunc finem impositurus pro virium tenuitate exponere decrevi: nam juxta Petronium in rebus optimis.

Invenies quod quisque velit: non omnibus unum est
Quod placet; Hic spinas colligit, ille rosas.

Verum enim vero ordinem in describendo themate praecipue practico observaturo definitio morbi ante ipsius historiae descriptionem praemittenda esset, sed quoniam rectam hujus morbi definitionem redde-

re vix possumus, melius ex ipsius historia postea explicanda intelligetur, hinc eam praetermittere possemus; eodem modo cum aliis morbis res sita est, uti scorbuto, cujus recta definitio dari etiam vix potest; fieri hoc videtur, quod isti morbi nullum habent pathognomonicum signum genium morbi exprimens, vel quo praesente ab aliis distinguuntur, sed constipati innumeris symptomatibus, quae adesse, & abesse possunt: sed ut melius intelligatur, de quo differitur, hinc B. L. ne longiore sermone te morer, morbi historiam sequenti definitione aggrediamur.

§. 2. *Rheumatismus* à graeca voce ῥέω fluo suam originem habere videtur, diciturque adesse, quotiescunque homines citra caussam manifestam atrocissimis, dilacerantibus, ad minimum motum saevissime auctis, interdum vagis, interdum fixis, nunc juncturas quorumcumque artuum, nunc viscera obsidentibus, doloribus, continuo quidem praesentibus attamen uno tempore acerbius excruciantibus, quam alio cum febre continua, tumore, rubedine loci, periodico itu ac reditu, vel absque febre & tumore, ut in scorbutico, miserrime affliguntur.

§. 3. In duas species posse distingui videtur, quarum alia *Rheumatismus scorbuticus*, alia *inflammatorius* dici potest.

§. 4. Magna analogia est inter Rheumatismum, arthritidem, Podagram, & scorbutum, & veteres Medicorum omnes dolores, occupantes vel externas partes musculosas vel ossium juncturas & articulationes, arthritidis nomine comprehenderunt, ut videre est apud Aretaeum Lib. 2. Cap. 12. Recentiores, ut Riverius, Carolus Piso, Ballonius, aliique distinctionem hanc fecerunt, nominantes omnes dolores occupantes articulos solos, arthriticos; Rheumaticos vero, si non solum articuli, sed & totum corpus media scilicet inter articulos spatia afficiuntur; & nostro etiam nunc tempore dolores arthriticos & Rheumaticos, propter quaedam signa in his morbis convenientia confunduntur, quamvis essentialiter ratione dolentium partium, caussarum, symptomatum, & methodi medendi, differunt.

§. 5. Ob dicta §. 4. morbis hicce variis nominibus sese offert apud auctores nonnullis catharrus, aliis arthritis universalis, aliis arthritis vaga, interdum fluxio catharralis auditur, sic apud Fernelium Lib. 1. path. 22. quando humor ad quandam corporis partem trahitur, ab aliis dicitur esse defluxio seri è cerebro ad pectus: &c. alii a materia tartareâ, sulphureâ, Mercuriali, vitriolicâ oriri contendunt; sic ab aliis temperies hepatis fervida, frigida, attractio, flatus, bilis flava vel

atra,

atra, pituita, aliaque pro cauffis venditantur, ut ap. Fern. Sennert. Rivaer. Ballon. aliosque videre eft; hinc miffis fermentis, pituita, bile, qualitatibus occultis, dicimus rectius effe morbum inflammatotorium praecipue locum obtinentem in vafis minimis vel ferofis vel lymphaticis vel forte in vafis humoribus adhuc multo fubtiliores vehentibus, praecipue ad membranas.

§. 6. Iftum vero morbum veram effe inflammationem fatis clare patet 1°. ex cauffis proëgumenis in hominibus in qnamcunque inflammationem pronis; 2°. ex cauffis procatarcticis, nempe quae partibus corporis applicatae inflammationem producunt; 3°. ex ftructura & analogia aliorum vaforum fanguiferorum; 4°. ex obfervatione effectuum.

§. 7. Ut vero huncce fatis gravem morbum ordine defcribamus, meliusque intelligamus, brevem vaforum per corpus ejusque vifcera diftributionem ferieique defcriptionem atque analogiam majorum vaforum praemittere, ratio fuadet.

§. 8. Unicuique vero corporis humani fabricae gnaro notum, quamdiu homo vita fruitur, fanguinem rubrum totum corpus humanum ex corde propulfum per arterias ad omnes extremitates pervadere, & ab illis per vafa correfpondentia nempe venas ad cor iterum refluere, & fic totum obfolvere circuitum; immo humores non folum per vifcera mollia, fed per partes folidiffimas ad oculum exfuccas apparentes, uti per ligamenta, membranas, licet admodum tenues, nequidem nervum involventes membranae excludantur, quid dico! per ipfa offa circumduci docentibus Clariff. Clopton. Havers, Ruyfchio, Leeuwenhoek: & celeberrimo, B. S. Albino Anatomicorum principe praeceptore meo in aeternum venerando.

§. 9. Ifti jam canales conoidei membranacei arteriae dicti fanguinem à corde ad omnes corporis partes deferentes §. 8. & ab ipfo corde originem ducentes in variis partibus vario modo inflexi, inque plurimos ramulos difperfi, mirum in modum huc & illuc currentes atque divagantes, variisque nominibus donati ratione partium, per quas diftribuuntur, infinitis anaftomofibus ad angulos numero carentes interpofitis, inter fe communicant fanguinem, & ob eam rationem fanguiferae arteriae nominantur; hae vero arteriae ad ultimam capacitatis anguftiam deductae, vixque globulos rubros vehentes, antequam in venas fibi proportionatas abeant, quam plurimos emittunt ramulos, magnitudine, curfu, fitu, textura, diverfos, iterumque in anguftiores ramificationes abeuntes, qui pro diverfa fua natura & pro humore,

re, quem ex massa sanguinea recipiunt, varia nancifcuntur nomina; alii vocantur serosi, quia humores sextuplo tenuiores juxta Leeuwenhoek: serum nimirum vehunt, alii Lymphatici, qui lympham vehunt, humorem adhuc multo tenuiorem sero, sic & alii subtiliores adhuc vehentes humores aliis donantur nominibus; hac ratione plurimis hic quidem addendis praetermissis circa vasorum extremitates, fiunt variorum humorum secretiones, & excretiones, hic enim liquidum perspirans, hic sudor, alibi saliva, alibi succus Gastricus, Entericus, alibi lachryma, alibi smegma, oleum &c. Quoniam nunc natura plerumque in corpore humano eandem conservat viam §. 7. hinc ut in maximis ita & in minimis inter truncum & ramos, inter ramos & ramificationes atque inter humores, quorum constantem servat proportionem, hinc fit, quod globuli isti rubri, qui per hos canales arteriosos vehuntur ramorum lateralium orificia praeterlabuntur, per ramos ipsis solis propriis circumducuntur, atque venis respondentibus ipsisque annexis infunduntur, & sic tandem ad cor deducuntur: humores vero subtiliores simul cum sanguine ex corde ad vasorum angustias deducti non ulterius cum ipso sanguine moventur, sed massâ illa sanguineâ per vim validam ad altera lateralium vasorum orificia pressâ moleculae non excedentes diametrum orificii vasis lateralis à tota massa sanguinea secedunt & in canalem sibi ipsis proportionatum transfunduntur inque illis ulterius motum suum promovent.

§. 10. Vasa lateralia jam originem ex ultimis arteriis sanguineis habentes §. 9. inque alterius naturae arteriolas degenerantes humorem nempe serum è massâ sanguineâ recipientes, iterum in ramulos minores atque minores disseminantur, sensim sensimque uti arteriae sanguiferae angustiores fiunt, obque hanc rationem seriferae dictae arteriae; istaeque tandem rursus ad ultimas sui angustias redacti; ramulos quam plurimos laterales emittentes, ampliores fiunt tandemque in veras venas ipsis arteriis proportionatas abeunt, humoresque inter se communicant: interim unicuique secum perpendenti satis notum, vasa adhuc multo tenuiora quam serifera in corpore nostro deprehendi, per quae humores circuitum promovent, quod confirmare videntur humores subtilissimi, qui de corpore quotidie avolant, inque sua vasa ante contenti multo tenuiores seriferis; unde maxime probabile, quod uti arteriae sanguiferae §. 9. dant canales seriferos, sic & seriferi, antequam in suas venas abeant, iterum plurimos emittere ramulos laterales vario modo per partes disseminatos, orificiisque tam arctis donatos, ut serum excludant, seroque subtiliores humores admittant, transitumque concedant, liquidum vero hocce lympha nominatur, & vasa, per quae circuitum absolvunt, lymphatica audiunt;
hosce

hoſce iterum canales ex ſeroſis proſilientes ampliſſimos ſenſimque anguſtiores fieri, & uti arteriae ſanguiferae conoideam ſervare figuram, atque fluidum in hiſce contentum aeque à latiore ſpatio in anguſtius deferre, maxime veroſimile videtur; atque probabile erit, has arteriolas, quas lymphaticas diximus, tandem abire in venas ipſis appropriatas, ac connexas, quae arteriae humorem contentum in earum venarum initia propellunt, atque tandem humores per minimas venas ſenſim plures atque plures confluentes in majores ramos, atque per hos tandem verſus cor refluunt.


§. 11. Merito ergò concludimus, lympham aeque per propria ſua vaſa circuitum abſolvere, ac ſanguinem §. 8. & ſerum §. 9. & 10. verum enim vero an Lymphatica vaſa ſint omnium tenuiſſima, quae in corpore dantur, & liquidum hocce lympha nempe per ea circuitum perficiens ſit ſubtiliſſimum, determinari haud poteſt; ſi argumentari liceat ad inſenſibilia, ad longe ſubtiliora deſcendere poſſumus, ſi enim oculos convertimus ad humores, qui continuo de corpore exhalant, perſpirationem nimirum, quanta ſubtilitate gaudeant iſta vaſa, in quibus talis humor continetur; imo ſi aſpicimus ultimam nutritionis materiem, tenuiſſimis fibrillis apponendam, quanta parvitate gaudeant iſti canales, per quos tale liquidum circulare debet; porro ſi animadvertamus ſubtilitates à Cl. Malphigio in ovis incubatis; & à Celeb. Ruyſchio in embryonibus detectas, in quibus vaſa adeo tenerrima humores ſubtiliſſimos, oculi aciem fugientes, vehentes inveniuntur; concludere non ſine ratione licet, lympham adhuc eſſe liquidum craſſisſimum reſpectu ultimorum fluidorum; quot vero gradus inter ultimum & primum humorem inter ultimam & primam vaſorum ſeriem dantur, quis determinabit? hocce tamen definire licet, tot circuitus in corpore vivo ſano perfici, quot in eo humorum & vaſorum inter ſe proportionatorum ſeries reperiuntur; hinc & demonſtrante Ruyſchio ſuis injectionibus minima vaſa omnino ſimiles eſſe majoribus; credibile eſt, quod arteriae lymphaticae aeque ac ſeriferae, & ſanguiferae iterum laterales ramos arterioſos trunco, a quo ortae, minores emittunt, & tandem etiam in venas ſibi proportionatas abeunt, atque humores inter ſe communicant, & eorum circuitum promovent, unde iterum haud minus probabile, hos ſubtiliſſimos canales alios minores & minores emittere ramulos laterales eadem ſervata proportione ut in maximis, in venas ſibi reſpondentes abire, humoreſque inter ſe communicare, donec tandem ad omnium ſubtiliſſimos, quae in corpore inveniuntur, canales atque humores diviſio pervenerit: hiſce ergo in conſpectum productis facile liquebit, quod iſtae cauſſæ, quae humorum circuitum perturbare poſſunt, atque quae ad inflammationem

erosionem, aliaque mala producenda aptae in vasis majoribus aeque hic in minimis, ut talis morbus, de quo agimus, in corpore producatur, locum obtinent; sed antequam ad eas progrediamur, praemittendae erunt morbi hujus variae divisiones ad faciliorem intellectum, dein ad caussas & effectus & differentias, quibus ab aliis similibus distinguatur, & pro variatione partis, in qua residet, & ultimo adcurationem progrediendum.

§. 12. Rheumatismus vero Arthritidi, podagrae scorbutoque maxime agnatus vario modo differt, & dividitur, primo quidem ratione materiae, unde alias inflammatoria, alias scorbutica §. 3. 2do ratione loci affecti, vel quod interdum totum corpus simul, sic ut nec brachia nec pedes moveri possint, nec ab aliis sinant moveri, quin de summo queruntur dolore; vel tantum quaedam pars afficiatur; interdum caput, fauces, pulmones, pectus, abdomen, eorumque contenta, interdum brachia, pedes, genua, lumbos, spinam dorsi, cervicem, os sacri, ischii, aliasque partes infestat: 3°. ratione caussae, quae vel *Idiopathica*, quando caussa haeret in ipsis vasis morbum constituens, ut inflammatio, materies quaecunque acris, sic & materies viscida, pituitosa, quae praecipue languente motu in membranis, periosteis, tendinibus, aliisque in locis obstructiones producunt, obque stagnationem corrumpuntur, acrimoniam quamcunque induunt, unde irritationem, inflammationem, dolorem, febrem, aliaque producunt mala: vel *Symphatica*, quando aliae partes simul in consensum trahantur, ut si Rheumatismus caput afficit, tunc plerumque omnes partes sub capite male se habent: vel *protopathica* sive primaria, si corpus satis sanum affligitur hoc morbo, nullo ante inquinatum scorbutico, aliove malo, hic ergo fit degeneratio humorum à statu naturali, quique deferuntur motu suo circulatorio ad quarumcunque partium canales, ibique loci haud potentes transire faciunt obstructiones, inflammationes, & sic nervos afficiendo dolorem summum creant. Vel *Deuteropatica* sive secundaria, si affligit corpus arthriticum, podagricum, scorbuticum, nam maxime agnatus istis morbis, hic ergo humores antea corrupti ex loco affecto ad istos canales delati novum excitant morbum &c. vel *Symptomatica*, si in adscensu alicujus morbi ante coctionis & crisios tempus, & signa accidit, & aegrotantem in magnum vitae periculum dejicit, ejusque vires prosternit, quod aliquando accidit aegro febre quacunque laboranti, si corpus stragulis nimis suppressum & sic calefactum exponitur aëri frigidiori, hinc morbus, cui accidit maxime augetur: vel & interdum *Epidemica* dici meretur, dum plurimi simul hoc morbo afficiuntur caussa praecipue in aëre haerente; vel & *Endemica* si plurimi corripiantur

piantur hoc morbo; sed à caussa inquilina huic vel alteri regioni familiaris, quod praecipue locum habet in scorbutico, nam ubi scorbutus regnat, ibi Rheumatismus scorbuticus maxime locum tenet. Vel & *sporadica*, si quovis tempore & quavis de caussa hominem afficit, quae tum non omnes, sed unum alterumve afficit: sic & ratione caussae quoque dividitur in *internam*, & *externam*; *interna* enim si ex mala corporis diathesi producitur, ut si corpus scorbuticum, arthriticum, podagricum, cacochymicum, cachecticum, tuncque magis in scorbuticum, plethoricum magis in inflammatorium Rheumatismum inclinat. *Externa* sive acquisita, si homo contraxit morbum peccando in 6 res non naturales. Sic vel & *Catharrosa* dum a materie quasi transfluente per vasa, eorumque latera afficiente ortum ducat. &c. 4°. ratione *subjecti* utrumque sexum afficit data occasione, hac cum differentia, quod Rheumatismus inflammatorius plerumque adoritur juvenes, adultos, viros, corpora plethorica, Biliosa, alter vero nempe scorbuticus foeminas plerumque afficit, senes sic & viros imbecilliores, vitam sedentariam agentes: 5°. *ratione tempestatis*, maxime enim tempore verno & autumnali homines corripit. 6°. *ratione effectuum* distinguitur in malignam, & benignam, 7°. *ratione symptomatum*, nam ex eorum numero & vehementia, gravior vel levior censetur morbus. 8°. *ratione indolis* dividitur in fixum & vagum. *fixus* plerumque inflammatorius, *vagus* scorbuticus; hicce totum corpus oberrat, nunc brachia, nunc pedes, spinam dorsi, nunc lumbos, os coxendicis afficiendo &c. ille sedem affectam plerumque constanter servat. 9°. ratione *ordinis vasorum*, nam in vasis serosis vel lymphaticis haerere potest.

§. 13. Sedes ergo Rheumatismi, ut verbo jam diximus §. 5. scilicet in vasis serosis & lymphaticis, hinc & omnis pars corporis, in qua reticulares harum arteriarum distributiones, unde musculi, tendines, membranae, viscera, ne dicam & ipsa ossa, affici possint. §. 8.



CAPUT SECUNDUM.

De caussis & Effectibus.

§. 14. Ordo jam requirit, ut aliquid de caussis proferamus, tam in inflammatorio, quam scorbutico, in quibus pertractandis sequentem servabimus ordinem, 1°. agemus de caussis proximis, 2°. de remotis, quae Medicis vel *prooëgumenis* sive praedisponen-

tes vocantur; vel *procatarcticae* five occafionales, quae ad praedifpofitum corpus applicatae efficiunt, ut praefens fit morbus; unde fimul patet, quod iftae cauffae fint vel *internae* corpori inhaerentes, vel *externae* corpori applicandae.

§. 15. Cauffa ergo hujus morbi eft duplex *proxima* & *Remota*: Proxima nempe in priori eft inflammatio five impeditus liquidi in vafis minimis arteriofis lymphaticis membranarum transfluxus cum preffione, attritu, & a tergo aucto reliquorum liquidorum motu per febrim: in pofteriori cauffa proxima effe videtur obftructio, vel vitiata indoles vafculorum minimorum peccantium vel debilitate, vel rigiditate, vel anguftia, fimul cum liquido vafa afficiente, irritante peccando quâcunque acrimonia, vel tenuitate, vel vifcofitate frigida, vel binis pluribufque fimul junctis.

§. 16. Cauffa remota iterum duplex vel praedifponens, vel occafionalis §. 14. Cauffae nunc illae, nimirum proëgumenae five praedifponentes exiftunt vel in fluidis, vel in folidis, vel in utrisque.

§. 17. *Fluida* noftri corporis, quatenus hic confiderata duplici modo anfam his morbis dare poffunt, quantitate nempe & qualitate.

1°. *Quantitate*, fi jufta copia excedant, ut in plethora, quae uti cauffa proëgumena per fe quidem non laedit, fed accedente cauffa procatarctica, nam plethoricus homo diu faniffimus vivit, fed quamprimum accedat caufa rarefaciens fanguinem, ut fi plurimum potum fpirituofum ingurgitavit, hinc major motus, & calor, fic fi fortius folito corpus fuum moveat, unde fiunt mufculorum fortiores contractiones, quibus ex propria illorum fubftantia & venis circumjacentibus fanguis exprimitur, & verfus cor deducitur, ex eo rurfus celerius in arterias depellitur, quae plurimo adhuc fanguine diftentae, unde minores arteriae opplentur, comprimuntur, vel in aliena vafa intrant humores, unde obftructio, inde inflammatio, febris, atque fymptomata ex ea provenientia.

2°. *Qualitate*: humores enim Vario modo hic peccare poffunt, ut aptae fint fufcipere hunc morbum: Vel nimia vifcofitate five frigida five calida inflammatoria; Vel tenuitate; Vel acrimonia five muriatica, acida, alcalina, vel quacunque acrimonia præditi. Vel binis pluribusque horum fimul junctis.

§. 18. *Solida* noftri corporis ad utrumque morbum producendum aptae

aptae evadunt, peccando nimia debilitate, vel nimia rigiditate: Vel angustiâ quocunque modo productâ, sive per Stenochoriam, sive per thlipsin, sive per symphisin, sive per propriam fibrarum orbicularium contractionem nimiam, sive per spasmum. Dantur & plures, sed ad scopum nostrum minus pertinentes; quaeque videre possunt in Institutionibus Celeb. H. Boerhave & in aureo suo libello de cognoscendis & curandis morbis.

Nam dulcius ex ipso fonte bibuntur aquae.

§. 19. Ultimo denique solida & fluida simul juncta huic vel illi morbo ansam dare possunt; nam si quicunque humor viscosus sive frigidus, sive inflammatorius cum vel sine acrimonia, motu majori accedente ad quandam corporis partem deferatur per thlipsin vel stenochoriam nimis angustatam, tenuissimum liquidum transmittunt, crassiorem retinent, hinc & obstructio canalis iterum per emphraxin augetur, unde tandem sic increscens fit tumor, & vasa vicina comprimendo & motu a tergo aucto inflammationem, febrim excitare valent; Caussae istae praedisponentes aliquando ita agunt, ut vix caussa excitante ad producendum hunc morbum opus habeant, sed se ipsos excitent, nam copia, vel acrimonia, vel alia qualitate noxa adeo increscere possunt, ut absque excitante causa morbum illum producant.

§. 20. Paucis ergo addendum restat, quinam homines & sexus huic vel illi morbo magis praedispositi, quod ex supra dictis §. 17. 18. 19. satis clare apparebit, anteqnam ad remotas transeamus.

§. 21. In *inflammatorium* vero homines mediae aetatis, adulti, plethorici, cholerici, robusti, exercitati, & solidorum rigiditate laborantes, lautius poti & pasti proclives sunt, sic & quidam artifices, qui corpore labore nimio defatigato & calefacto subito frigori se exponere debent; unde perspiratio in iis prohibetur, & diathesis inflammatoria producitur; sic & temperies sanguinolenta labi acri infecta, hinc qui acribus abutuntur, ut potu spirituoso, calefaciente, fermentato, aromatico, sic & victu lautiore, inde divitibus eam ob rationem & iis, qui aromatibus & cibis aromatisatis, & pinguibus, calefacientibus abutuntur, fere familiaris, sic & plebeis ex calefacto corpore & admisso frigore nascitur, sic si homines tempore autumnali non induunt vestes hybernas, unde multi morbi inflammatorii, ut & Sydenhamus dicit. Dein si calefactum corpus vespertino frigori exponunt, uti malâ consuetudine faciunt opifices post actos labores, un-

de saepe pessime hoc morbo mulctantur; & isti putantes esse fortissimi nulli morbo obnoxii antea calefactum corpus, sic ut indusium fuerit sudore madidum, nunc aurorae frigidae exponunt, atque tamdiu ibi permanent, donec sudor frigescat, unde summis doloribus postea per totum corpus afficiuntur &c. qui in aëre nebuloso, pluvioso diu degunt, & humi subdio per noctes dormiunt, hac enim occasione praedisponuntur ad immedicabilem Rheumatismum &c.

§. 22. 2°. In *scorbuticum* frequentius foeminae, viri imbecilliores, solidorum debilitate, laxitate cum vel sine acrimonia conjuncta humoribus laborantes, sic & cachetici, cacochymici, podagrici, arthritici, scorbutici, senes, vitam sedentariam agentes praedispositi sunt; qui frigidioribus regionibus inhabitant, praecipue ubi habentur aquae stagnantes, ubi exhalationes putridae, & aquae coërcentur, dum interim in locis depressioribus habitant homines, vel si defectum habent aquae, & carnes, pisces induratos comedant, carentes vegetabilibus recentibus; item „quos aves aquaticae, pisces salsamentarii ad- „ ventos fumosve indurati, caro bubula, & suilla fumo & sale condita, „ vel farinacea non fermentata, pisa, fabae; caseus salitus, acer, anti- „ quus; nimis delectant, praecipue si tales homines corpus non valde movent; „ sic hos, qui Melancholiae, maniae, labi hypochondriacae, „ hystericae, morbis lentis obnoxii vivunt; in his omnibus morbis Chronicis, ubi sanguis crassior, lentescit circulatio, coctiones depravantur, in his omnibus talis morbus fieri solet; maxime qui nimio cortice peruviano ad debellandam febrim intermittentem usi fuere; uti Sydenhamus, & observatores testantur post datum corticem Rheumatismum scorbuticum supervenisse; dicit enim summus vir. *illi etiam, qui longum & repetitum corticis Peruviani usum experti sunt, huic malo sunt obnoxii, quod quidem unicum est incommodum, quod ex hoc remedio illatum novi unquam*; credibile vero est hoc contigisse iis, qui ante labe scorbutica laborarunt, hi dum incidebant in febrim, & corticem accipiebant, dolores scorbutici redierunt; unde vero hoc fit non adeo constat; an fit, quod cortex, dum febrim sistit, remedium tollit naturae, quo natura morbosum vult corrigere, expellere, non determinabimus; alii putant corticem nunquam fugere febres, nisi facta critica evacuatione, vel ita roborando naturam, ut evacuatio sequatur; forte in debilitatis, si cortex datur, natura vix adeo roborari potest, ut caussam febrilem eliminare possit, unde manens sensim acrior facta labem scorbuticam rheumaticam deteriorem facit. Imprimis saevit in otiosos, hyemali tempore; exercitio hoc malum pulcherrime vincitur; dein qui hyeme cellis subterraneis sive inferioribus aedium locis inhabitant, quae propter situm certis temporibus aquis, quasi submerguntur,

tur, nisi admodum se exercent & victus sit bonus certissime in hoc malum incidunt: sic quos victus opiparus, vina acidula, alba, potus generosus, copiosus, usque in seram noctem delectant; & qui in humidis caligis sudant, venatum, & equitationem in frigore instituunt, qui cum se aëris injuriis semper exponant, nunc sudant nunc refrigerantur, omnibus istis modis perspirationem imminuunt; sic qui saepius hoc morbo antea correpti fuere; maxime autem praedispositi sunt huic morbo homines scorbuti labe inquinati &c.

§. 23. Caussae jam Procatarcticae sive occasionales explicandae prodeunt, caussa illa est quaecunque in vasis stagnationi ansam dare potest §. 15. quae sane multiplex ad hunc morbum producendum esse potest; attamen plerumque semper, praecipue in inflammatorio, liberum humorum transmeationem impediens, sive fiat quod humores per vasa peccando tenacitate inflammatoria vel alia quadam acrimonia §. 18. per vasa meare nequeant, sive hoc accidit, quod humores alias boni, sanique in aliena vasa sint redacti per errorem loci nempe, unde per extrema eorum Vasorum permeare non possunt, hinc varii effectus producuntur; sive fiat, quod permeatio impeditur in solidis, si canales nimis angustantur, vel per emphraxin §. 17. N°. 1. 2. Vel per thlipsin, vel stenochoriam vel per quamcunque aliam caussam, §. 18. sive fiat, quod duæ caussae simul concurrunt, nam ab utraque liber humornm fluxus per vasa transjiciundorum impeditur §. 13.

§. 24. Haec vero humorum fluxus impedimenta, stagnationes, obstructiones, acrimonias, erosiones in vasis plerumque adferunt sex res non naturales medicis dictae, ut sunt 1. aer. 2. cibus & potus. 3. motus & quies. 4. animi affectus, 5. excreta & retenta. 6. somnus & vigiliae.

§. 25. Primum quidem se offert aër, qui est res naturalis maxime necessaria, fluidum sensibus vix percipiendum telluris superficiei undique incumbens, in quo semper degimus, vivimus, quo semper fruimur, quo nullo tempore carere possumus, qualiscunque fuerit, sive sanus, sive morbosus, quae ampla superficie perpetuo interne & externe corpus humanum alluit, & se in pulmones, primas vias insinuat, ergo magna superficie ei sumus expositi, huic nos alligavit natura, ut in eo vivamus, hinc varie in nos agit, plurimis modis incognitis, plurimis cognitis, praecipue quidem peccando *calore*, *frigore*, *humiditate*, *siccitate*, *gravitate*, *levitate*, *variisque heterogeneis intermixtis*.

§. 26. *Aër nimis calidus* in solida agit debilitando: distrahendo elementa, ut non habeant proximos contactus, unde totus homo quoad dimensionem crescit, sed vires contractiles vasorum tum minores, omnia fiunt laxiora, hoc vero, ut docent Physici aëri calido proprium, ut rarefaciat, ut elementa a se invicem remotiora sint, hinc homines in regionibus calidis quoad solida debiliores, quam in frigidioribus, unde forte sanus homo robustior hyeme, quam aestate: porro prout major contractio solidorum, eo major actio in humores, unde major attritus in se invicem, jam vasis nimis per calorem debilitatis facile stagnationes humorum, & dum alii effectus superaccedunt, dissipatio nempe tenuiorum, Elementis solidorum magis a se remotis, obstructiones, inflammationes oriuntur: In *fluida* agit dissipando aquosa, lata superficie undique expositi sunt humores allabenti aëri, & quo latiori superficiei aëris exponuntur humores, eo majôr exhalatio, si nunc cogitemus, quanta seperficies in variis corporis nostri partibus, cui humores nostri exponuntur, certae stupendae dispositiones ad exhalandum videbimus, ergo inde orirentur morbi ab inspissatione humorum & sanguis, lympha vel ad inflammationem, vel viscididatem deducitur, ergo & vasa lymphatica §. 11. de quibus hic quaestio, incommoda patiuntur; dein calor non solum dissipando inspissat, sed oleum, sal, & terra deficiente aquoso magis concentrantur; unde acrimonia pro indole varia producitur, hinc singularium partium morbi, quae requirunt majorem aquae & subtiliorum humorum copiam, unde morbi cerebri, morbi quo ad vasa lymphatica, unde Boerh. dicit in instit. §. 746. de calore nimio aeris, *imprimis autem genus nervosum, lymphaticumque & horum actiones summopere laeduntur.* Merito ergo patet, quod aëre nimis calido interna & externa superficies corporis naturali humiditate privatur; blandissima, & humidissima dissipantur, acriora & lentiora aggregantur & sanguine nimis coacto, & per calorem in majorem motum deducto, obstructiones, inflammationes, sic & Rheumatismi producuntur.

§. 27. *Aër nimis frigidus* omnia corpora, ut docent Physici contrahit, ut in volumen minus redeant: hinc & corpus humanum, 1°. ratione partis solidae contrahit, roborat, vasa arctat; liberum circulationem impedit, augetque resistentiam cordi; humores condensantur, immeabiles redduntur, & quo densiora liquida eo major attritus & actio solidorum & fluidorum in se invicem, modo circulatio sit sana & vegeta, unde major calor nascatur in corpore, hinc & actiones â vegeta circulatione pendentes meliores fiunt; porro quando vasa in superficie corporis sic constricta ob frigorem, ut circula-

culatio ibi non amplius in vafis minimis fieri poffit, quia Cor hanc refiftentiam non poteft fuperare, movetur ergo fanguis in partes minus refiftentes, hinc interdum in cerebrum, cerebellum, unde torpor in omnibus actionibus, idem fi in pulmones, unde difficultas refpirationis, aliaque ingentia mala a frigore in pulmonibus oriuntur; nudiffimus & copiofiffimus fanguis ibi haeret in aëre libero, hinc dum frigidus aër infpiratur & exfpiratur renovatione perpetua frigoris denfatur fanguis, fiftitur in circulatione, producuntur obftructiones, inflammationes, peripneumoniae; porro perfpiratio in pulmonibus minuitur, quae alias ingens eft, quodfi jam aër nimis frigidus veniat in pulmones, in quos patent vafa exhalantia, his frigore conftrictis, materies perfpirabilis retinetur, ex hac fuppreffione nova iterum fpecies inflammationis, fit catarrhus, tuffis, anxietas, anhelitus, & fi refolutio poftea fit, immanis quantitas materiei excernitur: fi in naribus & faucibus conftricta vafa impedita perfpiratione fimilia producuntur, maxime oriuntur anginae, coryzae: fi jam confideremus totam corporis fuperficiem, quanta quantitas vaforum exhalantium in ea reperiuntur, & quanta perfpirabilis materies ratione unius partis nempe pulmonis reperitur, fatis apparebit, fi idem frigus ad totum corpus applicatur, hocque vafis conftrictis, copiam materiei excernendae, & nunc ob conftricta vafa retinendae, ingentem effe; fi jam homo, corpore fic difpofito, motu majori circulationem intendit, cor irritatur, refiftentiam fuperare non potens producitur febris, obftructioni, inflammationi ficque Rheumatifmo inflammatorio anfa datur; nam per aërem nimis frigidum omnes humores condenfati ad inflammationem difponuntur ut Hippocrates jam annotavit in libro de ratione victus in morbis acutis, *Hyems frigida exiftens obftruit, & fpiritus, fanguinifque vias occludens, proximum quemque fanguinem condenfat, eumque immobilem & ftabilem.* & in fuis Aphor. Sect. 3. Aph. 23. fi contra fummo frigori expofiti quieti fe dant, tum omnia vafa conftringuntur, humores in interiora ruunt, maxime verfus partes minus refiftentes, hinc in cerebrum, unde compreffio cerebri, hinc torpidi, fomnolenti fiunt homines; propter torporem in circulatione humores corrumpuntur, fpiffitudinem, acrimoniam induunt, unde maxima proclivitas in Rheumatismum fcorbuticum, ut in regionibus frigidis obfervatur. Hinc Boerhav. in Inft. §. 747. *Si quies, fummumque fimul frigus aëris afficiunt, tum torpor, dolor ad artus, fcorbutus contingunt.*

§. 28. 3°. *Aër nimis humidus* folida laxat, emollit, elaterem minuit; minus ergo reagunt in humores, omne folidum, quo tempore eft aër humidior, laxitatem experitur, humidum aquofum cum aqua fe infinuat intra folida, haec aqua fe ponit inter elementa folidorum,

iisque majorem debilitatem infert, hinc patet, cur lentor circulationis, attritus minor, quia solida minus reagunt in humores, & cum vis contractilis sit altera caussa movens humores per vasa, hac ergo deficiente, imminuitur circulatio, vel deficiet, sicque laterales canales nimis debilitati liquido ex corde projecto non satis resistunt, hinc humores vasorum orificia aucta quidem intrant, sed in illorum extremis haerent, stagnantque, unde obstructiones &c. & sic perspiratio prohibetur, & omnia quae inde sequuntur mala, dum enim laxantur solida, materies perspirabilis non bene praeparatur ob ingestorum concoctionem, & in nostram naturam assimilationem impeditam, licet etiam attenuata sat foret, quia est lentor circulationis non ad circumferentiam corporis propellitur, aër vaporibus humidis sic repletus corpori applicatus suam aquam insinuat, haec vasa hac repleta vicina comprimunt eo majori effectu, quo circulatio in toto corpore minor, unde iterum non sine ratione perspiratio intercipitur. Hinc si hoc fit in pulmonibus, oriuntur tusses, peripneumoniae serosae; si in intestinis diarrhaeae similes; si ad totum corpus, torpores, dolores Rheumatici; febres, aliaque mala producuntur.

§. 29. 4°. *Aër nimis siccus* similes fere habet effectus ac explicati de aëre calido §. 26. 1°. cum hac tamen differentia, quod aër calidus simul laxet, siccus contra roboret, unde aër siccior, si alias temperatus est, aut paulo magis frigidus, fere est sanissimus, ratio patet, quia siccus aër humores superfluos aquosos attrahit, & imbibit, dum humidus e contra tanto majori quantitate aquae corpus facit repleri, siccus vero aquosas partes dissipat, & quo minus aquae continent solida, eo firmius cohaerent & contra: hinc videtur quousque differat a calido.

§. 30. 5°. *Aër nimis gravis* omnia corpora, quibus incumbit, premit, & ni resistentiam faciant majorem, pondere suo in minus volumen redigit, docet id mercurius in Barometrho ad certam altitudinem adscendens. Si consulimus experimenta anthliae pneumaticae idem demonstrabunt; & alia experimenta, de quibus consulendi Physici: gravitas major vel minor consideratur vero hic ut caussa morbi, hic vero non disputabimus, an elementa aëris pondus habeant, an vero gravitas aëris pendeat a materia heterogenea in eo contenta, ut vaporibus, exhalationibus, & infinitis aliis principiis rerum fossilium, animalium: sufficit hic, quod aër, in quo versamur sit gravis, quacunque ratione id fiat, & ita prout alio & alio modo agit, fiat caussa morbi, de qua disseritur: corporis ergo humani superficies tali aëri expositum nimis premitur, hinc & exteriora corporis vasa una cum humo-

humoribus in iis contentis, &, si illorum elasticitatem vincere potest, penitus comprimit ea, hinc sanguis caeterique humores ad interiora pelluntur, & externe vasa ita constringuntur, ac si frigus glaciale constringit; unde fit circulationi resistentia, & impetus humorum versus interiora magis urgetur, unde actio arteriarum in humoribus promovendis major, in venis resistentia aucta, unde attritus, motus major, calor, distensio vasorum, osculorum lateralium arteriosorum dilatatio, hinc errores loci, obstructiones, inflammationes &c. nascuntur.

§. 31. 6°. *Aër levitate peccans* citius nocet, quam gravis, juvat enim lenis externa pressio vim contractilem vasorum, & quae data videtur, impetui humorum posse resistere, nam vasa inde vim contractilem majorem & robur accipiunt, nascitur inde quasi fulcimentum in vasis, ut humoribus distendentibus resistere possint; quamdiu haec compressio aëris in debito nempe gradu permanet, homo vivit sanus; contra in aëre nimis levi vasa a liquidis distenta tono suo orbantur, hinc humores ad vasa superficiei externae minus pressa ruunt, & ea distendunt, unde tumores, inflammationes, errores loci, rupturae, extravasationes, evacuationes humorum, eorum in vasa aliena deductio; rarescunt porro humores, qui per haec vasa suum circulum obeunt, superabunt vasorum vim contractilem, ea distendent, & per errorem loci laterales intrabunt canales, unde iterum obstructio, inflammatio, sic & Rheumatismus produci potest.

§. 32. 7°. Dictum huc usque de ordinariis aëris qualitatibus, quae inhaerent aëri ita, ut minori vel majori gradu adsint, & in corpus nostrum agant; supersunt aliae adhuc qualitates noxiae minus cognitae, & quasi singularis aëris dotes, quae licet non ad ejus essentiam pertineant, nec semper adsint, cum tamen adsint, plurimos morbos, eoque periculosiores producunt, quo ipsae qualitates magis incognitae; pertinent huc Epidemicum tam varium, uti & Endemicum, & ii morbi, qui universaliter, constanter, vel certo tempore grassantur, sedem suam habere videntur in qualitatibus aëris, non humiditate, siccitate, calore, & frigore, sed in re incognita, unde interdum quasi Epidemice grassari vidimus Rheumatismos. Hinc de aëris mutatione sive caussis manifestis latinissimus Celsus dicit Lib. 2. Cap. 1. *pessimum aegro est coelum, quod morbum fecit.* Porro si consideremus, quod aër Chaos, in quo infinitarum rerum principia ad summam subtilitatem deducta contineantur, hinc quatenus particulis acribus, stimulantibus, miasmatibus contagiosis, putridis scatet, quae nonnunquam originem suam trahunt a partibus corporum animalium putrefactione in auras avolantibus sic de vegetabilibus fossilibus variae particulae, & exhala-

tiones in aëra adfcendunt, & dein fpecie variorum meteorum igneorum & aquoforum nobis communicantur; cum ergo rerum fubtiliffimarum varietas in aëre, & nos aërem circumfufum habeamus, & infinita vafa bibula abforbentia in tota fuperficie corporis fufcipiamus, unde talis aër illâ qualitate acrimoniae praeditus, per quafcunque patulas corporis vias, ipfi ingeftus vafa ad majorem motum ftimulando non folum noftrum morbum, fed & alios procreare valet, ut experientia fatis teftetur. Sic quoque inter aëris qualitates numerari poffunt, ejus denfitas, & raritas, fed cum gravitas denfitati & levitas raritati conjuncta plerumque eft, unde iidem effectus habentur, dicendum fic erit de aëre magis vel minus elaftico, fed major vel minor elafticitas fimilia effecta producit, qualia vel a majori vel minori frigore, calore, humiditate & ficcitate producuntur, hic nil fingulare addendum reftat, & qui plura de iis defiderat adeat ad Phyficos & Chemicos.

§. 33. Si vero conditiones aëris jam feparatim explicatas §. 26. ad §. 32. concurrunt fimul, tanto periculofiores morbos produci quis non videt? fi v. g. aër nimis humidus calore conjunctus longe pejores edit effectus, emollitionem duris corporibus conciliat, quod patet in cornu Cervi fufpenfo in alembico, fi aquei vapores calidi undique lambunt ejus fuperficiem, fic emollefcit, ut digitis comminui poffit; unde patet, quod folida corporis humani, fi diutius tali aëri exponuntur, omnium maxime laxantur, & debilitantur, hinc debilitas vaforum & inertia humorum; dein humidum & calidum potentiffima inftrumenta putredinis & corruptionis, docent id carnes humido & calido aëri expofitae, mox putrefcant, hinc peftes aliofque morbos malignos eo tempore graffari videmus: ubi frigus aëri humido fe jungit, tum maxima inde oriuntur iterum incommoda, tum ratione humidi, tum ratione frigoris, humores noftri tum plus aquae imbibunt, & ubi corpus non robuftum fatisfuerit circulatione lentefcente non diffipatur, accedit frigus, quod fuperare nequit homo, & aëris hoc frigus difficilius fuperabile, quia humidum circumfufum facit balneum aquofum frigidum, ut frigus hoc fuperetur, debet tantum caloris excitari, ut in exteriori fuperficie poffit excitari, & aër in fimilem calorem converti, hoc difficulter fit, quia balneum aquae difficilius calefit, quam balneum vaporis, hinc longe fenfiliores fumus ad frigus praefente humido & frigido aëre: fi ergo frigus jungetur humido, humores lentefcunt ad ftagnationes & ad acrimonias deducuntur, unde multo citius adhuc nofter morbus produci poteft, & fic de caeteris qualitatibus fimul junctis res fefe habebit.

§. 34. Porro frequentes viciſſitudines aëris ſive ſubitae mutationes quam maxime hic periculoſae ſunt, ut ſi v. g. calidus ſubito in frigidum & vice verſa mutatio fit: ſi vero oculos convertamus ad corpus congelatum è vaſis & fluidis conſtans, ſi regelaſcit, id eſt ſi frigoris mutatio fit in calorem, quam ſubito corrumpitur: ſic ad poma, carnes, & membra animalis violento frigore conglaciata ſubito ingentem calorem ſi admoveamus, ſeu humidum ſeu ſiccum, ut regelent corpora, totius corporis fit deſtructio, effunduntur humores, & putreſcunt: ſi pars hominis vivi congelata ſubito calori exponitur, brevi vitalis actio tota in parte perfecta morte deſtruetur, an vero haec regelatio cum putredine pro fundamento habeat illam agitationem ſpiculorum frigidorum infixorum parti, quae calore commotae ut aciculae agunt partes vicinas dilacerando non determinabo; res in effectu facile patet, ſi conſideremus, quid ſubitae mutationes producunt corpori humano, prout ergo aër calidus lente in frigus, vel prout ſubito a magno calore in frigus intenſum abit, ſubita illa mutatio periculoſiſſima, vaſa enim frigore conſtricta humores jam per calorem rarefactos in minora vaſa preſſos in iis retinent, unde errores loci, obſtructiones, inflammationes, hinc merito dicit Hipp. Sect. 3. Aph. 1. *quod mutationes temporum aut frigoris aut caloris potiſſimum pariunt morbos.* idem nunc, licet minori efficacia fit ratione aliarum qualitatum aëris dum levis in gravem, ſiccus in humidum & contra mutatur, ſi id ſubito contingit morbi graves inducuntur: ſi conſideremus noſtram athmoſphaeram, mutationibus maxime obnoxiam inveniemus, imo eodemque die, quin & eâdem horâ e frigore in calorem magnum ſe mutat athmoſphaera, hinc interdum media hyeme tantum habeamus calorem, qualem alias in aeſtate & vice verſa, ut obſervationes ſatis teſtantur ſic Hipp. Sect. 3. Aph. 4. *in temporibus, quando eâdem die; modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos exſpectare oportet.* Unde ergo maxime obnoxii vivamus morbo, de quo diſſerimus; & credo, quod iſta aëris viciſſitudo ſit quidem una è praecipuis cauſſis ad utrumque Rheumatiſmum producendum.

§. 35. Ventos huc etiam ſuperaddere placet, qui variis rationibus praecipue quidem qualitate, & motu in nos agunt, ut cauſſae morborum fieri queant; venti enim agunt, ut aër generalibus & ſpecialibus qualitatibus, ut aër varius ſpecie venti applicatus, alia & alia ratione agit, quia ventus facit, ut eodem tempore major quantitas aëris applicetur, hinc ſi aër certa qualitate peccat, ut v. g. frigore, ſi vento applicatur, frigus vehementius afficiet, patet id hyeme, dum ventus ſilet, aër non ita afficit, quam ſi per ventum motus; dum enim vento movetur, aër nos ambiens calore corporis noſtri quodammodo

calefactus continuo discutitur, & frigidi continua fit renovatio; dein & subitae ventorum vicissitudines maximos pariant morbos, ut si auster subito in *Boream*, *Zephyrus* in *Eurum*, & viceversa mutetur; semper enim observamus ex plaga calidiore venientem ventum calorem adferre, & contra è frigidiore loco nempe è septentrione venientem frigiditatem adportare, & prout loca magis humida vel sicca sint, è quibus venti ad nos deferuntur simul observantur siccores, vel humidiores, unde non immerito pares morbi inde producuntur quod Hippocrat. jam observavit. Lib. 3. aph. 5. *Auster auditum hebetat, caliginem inducit, caput gravat, pigros & languidos reddit. Si vero Aquilonia fuerit tempestas, tusses, faucium asperitates, horrores, laterum & pectoris dolores fiunt.* Venti porro agunt ratione exhalationum, prout eas ex uno loco in alium devehunt, ut salubres vel noxiae, ut alia loca vel salubrem vel Epidemicam materiem habent, haec per ventos ad alia loca transfertur, unde magna attentio ventorum ad nostrum morbum requiritur; videamus jam de cibo & potu.

§. 36. Cibus & potus, quibus solida & fluida nostra reparantur, frequens caussa morborum & quidem praecipue *quantitate* vel *qualitate*.

Quantitate nimia ventriculus justo magis destenditur, unde vitia primae & reliquarum coctionum producuntur. Ventriculus ubi nimis distentus speciem paralysis accipiunt fibrae, ut se contrahere amplius non possint; ergo fibrarum muscularium quies, nulla agitatio hinc nec Chylificatio juste peragitur, dein si valide distentus ventriculus, ejus membranae distrahuntur, circulatio in earum vasis suffocatur, ergo menstruum deficit, quod ad macerandum & solvendum requiritur, deficit ergo nimia distentione vis solidi & fluidi inter se invicem; hinc diutius aëri & calori exponuntur ingesta, nec actionem ventriculi passa corrumpuntur, acrimonia inde quaecunque ratione indolis materiae ingestae producitur; hinc sensim materies ad intestina deducta, unde Chylus, qui ibi absorbetur, vitiosus, non debitam subiit mutationem, hinc cacochymia in universo corpore, dein cachexia, & sic maxime ad Rheumatismum praecipue scorbuticum disponuntur isti homines quantitate ciborum quotidie abutentes.

§. 37. *Qualitates* cibi & potus vitia revocari possunt, vel ad *acrimoniam* vel ad *viscositatem* vel ad *oleositatem*, vel ad *aquositatem* justo majorem. Si examinemus dotes, nulla magis nocet, quam acrimonia, quia ineptum est acre corpori & vitae, hoc dum nascatur in humoribus, cumque iis circulet, quantae destructiones vasorum inde fieri possunt.

Primo

Primo hic confideranda venit *acrimonia falina muriatica* admodum frequens, univerfalior quam aliae, & quae e nimio ufu falis culinaris oritur, hujus ufus plerumque in condimentis adhibetur, in abufu duo videntur adeffe, quae faciunt, ut noceat 1°. Quod fit indomabilis & immutabilis. 2°. Quod fal fpecifice ponderofior noftris humoribus, & fale noftro naturali, unde dum cum humoribus circulat, & vis cordis ei applicatur, cum motus impreffus eo major, quo denfiores humores; patet hinc dum motus vehementior fit in corpore, quales effectus producantur 1°. In fluidis, 2°. in folidis. *fluidis* nocet dum acrimoniam conciliet, quando ob pondus fpecifice gravius circulari motu in actum deducitur, oritur inde fitis, quae femper oritur, fi acre diluendum & eluendum, ubi tum natura femper petit potum aquofum: ab acri oritur irritatio, dolor rodens; lympha eo praecipue inficitur, hinc fecretiones, & excretiones lymphaticae vitiantur, inde & vitia ad vafa lymphatica, praefertim vitiatur nutrititio, inde deftructiones vaforum minimorum: porro nimiam humoribus tenuitatem conciliat, patet id in hominibus fcorbuto muriatico laborantibus, qui fanguinem tenuem, floridumque habent, ab ea tenuitate juncta acrimonia iterum mira effecta, praefertim quia ob diffolutionem quam infert, materia mucofa folvatur, & evertatur, uti etiam fit, fi nimiis faponaceis homo utatur, fic in fcorbuto muriatico omne mucofum folvit, & attenuat, unde raucedo, ficcitas, afperitas, dum mucus deficit, talia incommoda fentimus, & nervi abfente muco ad latera vaforum magis fenfiles redduntur, inde ifti dolores vagi Rheumatici originem ducere videntur, fic & articulorum dolores, rigiditates fentiuntur, fmegma Haverfianum ob eandem cauffam deficit, nec debitam fpiffitudinem habet: *Solida* rigefacit, exficcat, erodit, producit puftulas, inflammationes, ulcera &c.

2°. *Acrimonia acida* producitur fi homines debilitate fibrofae compagis laborantes, & inopiam boni fanguinis habentes, affumunt alimenta farinofa, vegetabilia, fucculentis acidis praedita, qui funt fortiores pulchra habent inftrumenta in fuo corpore, quibus refiftere poffunt acre hoc, ut non noceat, hinc tantum in debilibus obtinet: effecta enim, quae inde producuntur graphice defcribuntur a magno Boerhavio in fuis aph: de cogn. & curand. morb. §. 60. ad 66. dum vero praefens haec acrimonia acida, fuaque acrimonia dolores faciens, frigus adjunctum habet, contra acrimonia putrida biliofa, fi in corpore peccat, maximum calorem adeffe obfervamus, hinc ergo in ifta acrimonia eadem fere effecta, ac è lentore circulationis. Unde & pallor & debilitas. *Acidum* vero *acerbum aufterum* nafcitur in corpore è fructibus horraeis immaturis, qui his delectantur & debiles

biles sunt, & motu valido se non exercent, inde male afficiuntur, effectus mali maxime in primis viis inde producuntur, unde minus ad nostrum scopum pertinent, fit vero inde ventriculi & intestinorum constrictio, unde dolor, & frigus se maxime jungunt, quia vasa augustantur, ut sanguinem vix admittant. Sed acidum vinosum, quod in vinis fermentatis Rhenanis, mosellanis & aceto est, ad producendum nostrum morbum magis aptum est, unde qui nimis his delectantur, & acidum hoc evolutum in sanguine gerunt, singularia mala patiuntur, non debilitat adeo, quia spirituosum simul continet, interim acidum ob hoc spirituosum penetrantius in vasa minora pervenit, fit lympha acidissima, unde Rheumatismis & Podagrae ansa datur; huc & addi potest *acrimonia alcalina*, quae producitur, si homines cibos ex animalibus, piscibus, avibus vegetabilibus alcalescentibus ut sinapis, caepis, aliis, nullis interpositis acescentibus, magna copia comedunt: dein si abundantia sanguinis in tali corpore adest, viscera & vasa si sunt fortia & bilis abundans observatur, de quibus Videre est apud Magn. Boerh. in suis Aph. de cognoscend. & curand. morb. in capite de alcalino spontano: porro & alterum acre nempe *aromaticum*, quod cibo potuque suscipimus, etiam addendum restat, ut Zingiber, Piper, caryophilli, macis & omnia alimenta sale condita, fumo indurata, aromatibus nimis referta, & palato gratis scatentia, partes sentientes, aut natura sua irritabiles stimulant, in motum concitant, inde circulatio insurgit, succedit febris fluida dissipantur, insequitur siccitas, dolores tam fixi, quam vagi, obstructiones, inflammationes &c. unde patet, quod ars culinaria plus valet ad producendos morbos, quam natura, & medicina ad eos sanandos. Hinc Sanctorius Sect. 3. aph. 89. dicit: *nemo incidet in morbum, si sedulo praevideat, ne cruditatibus laborat.*

§. 38. Altera qualitas ciborum & potuum, erat viscositas §. 37. materies occasionem hic dans, est proprie farinosum non fermentatum, qua qualitate peccant omnia ingesta viscosa, mucosa, farinosa cruda, gelatinosa, austera immatura saccharata, pisces, gelatinae animalium &c. Inde varia mala producuntur 1°. in primis viis laeditur digestio, 2°. absorptio Chyli, 3°. expulsio materiae foeculentae; digestio vero laeditur, dum gluten illud ut pondus iners in ventriculo & intestinis haeret, eadem distendit & tonum imminuit, unde appetitus perit, nam humores attenuationi inservientes, ut succus gastricus, Entericus, bilis, inviscantur, obtunduntur, ut vix agere possunt, hinc solida & fluida coctioni inservienta instrumenta laeduntur, hinc & ipsa coctio impeditur, unde cruditas, & postea spontanea corruptio, & acrimonia varia supervenit, prout varia est

ma-

materies, si sit è farinosis non fermentatis, tum in acidam corruptionem, si vero ex gelatinis animalium, nascitur putredo, unde iterum varia effecta, de quibus diximus §. 37. 2°. absorptio laeditur, dum tenax materies in interiora deduci vix nequit, unde corpus orbatur pro parte suo nutrimento, omnia decrescunt, increscente & intumescente abdomine, dum materies nequeat attenuari, nec in interiora deduci, id tanto magis nascitur, quia 3°. laesio supervenit, nimirum excretio materiae foeculentae unde intestinorum major distensio, porro ob distensionem vasa amittunt suum tonum, laxantur, unde viscosum, saliva, succo gastrico, enterico, utraque bile, & lympha pancreatica, quodammodo dilutum furtim per absorbentia vasa jam relaxata se subducit, & reliquo sanguini miscetur, vel quod viscosum illud per aquosa nimia copia ingesta solubile redditur, dissolvitur, & ut specie fluidi in vasa lactea ingreditur, sanguinique commiscetur, si ergo in interiora venit materies viscida, & deducatur ad vasa minora, dum ibi particulae tenuiores aquosae abscedunt, particulae crassae remanent, novumque gluten faciunt unde sensim, leucophlegmatia, cacochymia, cachexia, tumores varii ad glandulas &c. dum jam humores serosi & lymphatici motum suum habent à corde mediante sanguine §. 8. ad 11. si ergo sanguis ob contractam visciditatem non juste moveatur, non justum motum imprimet vasis serosis & lymphaticis, hinc humores in vasis serosis & lymphaticis. non juste movebuntur, unde stagnabunt, vasa ea distenduntur, distenta suscipiunt plurimum viscosi, quod ob stagnationem acrimoniam induit variam pro indole materiae, unde iterum obstructiones, erosiones, variique dolores vagi Rheumatici originem trahere possunt.

§. 39. 3°. Qualitas erat oleositas nimia, quam ex vegetabilibus pressis, vel ab animalibus specie butyri in cibo potuque assumimus, effectus inde morbosi duplices, alii si oleum vel butyrum blandum, alii si raucidum: ingesta ergo oleosa nimiâ copiâ solida laxant, lubricant, flexilia reddunt, si ergo homo nimio pingui utitur, inducitur ipsi maxima debilitas, laxantur praeprimis ventriculus & intestina, & sic labefactatur primum organum chylificationis nempe vis contractilis ventriculi & intestinorum; porro si calori corporis exponitur, rancescit, acrimoniam putridam oleosam induit, hinc cardialgiae species se distinguens ab acida acrimonia, suo urentissimo ardore; unde acre rancidum alluens partem ventriculi dolorose eam afficit, mucum detergit, rodit, irritat unde varii spasmi fiunt. Si jam ista materies sensim intrat vasa lactea miscetur sanguini, & ad vasa tenuiora deducitur, suaque immeabilitate ibi maxime nocet, & quia cum humoribus non exacte miscetur, postea secedit, vasa arteriosa praecludit & per

pressionem a tergo factam, & calorem loci citius rancescens acrimonia sua irritat, inflammat, ergo si oleum venit ad vasa minora meatus illorum obturat, vel si transit, illinit latera vasorum, ut aquosa non transeant sua imperfecta mescela cum oleosis, unde obstructiones, impedita perspiratio, erysipelata, unde & dolores tam fixi quam vagi facile produci posse quisque perspicit.

§. 40. Sequitur ultima qualitas maxime ad potum spectans 1°. aquositas nimia, singulares ex hac oriuntur effectus hoc praecipue tempore, quo potus aquosi ut thee coffée in maximo usu, aqua penetrabilissimum fluidum praecipue calida si bibitur, amatores suos pessime mulctat, nam omnia laxat, debilitat, hinc nimiâ copia assumpta ventriculi & intestinorum tonum destruit, ut Chylificatio impediatur, hinc omnia mala, quae a vitiata coctione. Unde protracto abusu denique in Cacochymiam, cachexiam incidunt, systemate vasorum nimis laxato, & nata fluidorum inquilinorum ab aquosis inertia, unde accumulatio crudorum; dum se insinuat sanguini potus aquosus in omnibus solidis majorem laxitatem inducit, hinc fibrae debilitas nascitur & cum praeter hanc debilitatem humores fluidi, & tenues redduntur, vis corporis perit, quae a debito robore fibrarum, & humoribus etiam sat densis dependet, hinc obtinente tali fluiditate cacochymia etiam nascitur, & per suam penetrabilitatem detergit mucum internam superficiem vasorum & viscerum illinientem, hinc & papillae nervorum ibi denudantur, ob continuam quasi macerationem, & coctione in tali corpore depravata minima accedente acrimonia vasa suo muco orbata facilius irritantur, unde dolores varii, vagi, fixi, periodici talibus hominibus haud raro obveniunt.

2°. Spirituosa sua vi peccare possunt, huc ergo pertinent omnia potulenta spirituosa fermentatione, vel destillatione parata, ut cerevisia vetusta, vinum generosum, spiritus vini, & praeprimis omnes sic dicti liquores, veluti aqua vitae mathioli, sed praesertim sp. vini aut juniperi, quorum abusus hisce in terris frequens valde est inter plebeos, non sine effectu multorum, & imprimis consequentium Chronicorum morborum; observatione frequenti comperimus, eos liberalius utentes istis spirituosis incidere in arthritidem, podagram, scorbutum, Rheumatismum, hydropem, atrophiam & in morbos soporosos, ut tandem praematuram mortem obeant, unde non immerito Eobanus cecinit

Immodici sensus perturbat copia Bacchi,
Inde quis innumeret quot mala proveniant?
Corporis exhaurit succos, animique vigorem
Opprimit, ingenium strangulat, atque necet.

haec

haec omnia poſtulenta peccant iterum duplici modo 1°. reſpectu ſpiritus vini, 2°. reſpectu aromatum, è quibus extrahuntur aut componuntur: priora ſolida conſtringunt & fluida coagulant: poſteriora agunt etiam ſolida ſtimulando; hinc receptus ſanguini quicunque ſpiritus aromaticus circulationem auget, facit humores rarefieri, unde ſitis, dolor, calor diatheſis inflammatoria & omnia, quae à velocitate humorum circulantium, mala producit; prout virtus ignea major vel minor, ita vis ejus agendi in corpus humanum alia & alia, inde ratio diverſorum effectuum quoque petenda: aromata enim quaecunque oleum acre in ſe continent, quod in corpore, noſtro calore humore, attritu ſolutum, in minimas moleculas diviſum, liquidis noſtris mixtum, in minores canales fertur, nervoſas membranas in contractionem ſtimulat, quae irritatae promovent ingratum hoſpitem in canales minores & minores, donec inveniat reſiſtentiam non ſuperabilem, uti in membranis tenſis, ut perioſteo, vaſis ligamentorum, & hoc in loco deſtructor inimicus moratur, vires exerit, ſolutionem partium molitur, hinc diſtenſionem, dolorem creat, febrim quandoque excitat, donec ſpontanea mutatione blando vitalium humorum acceſſu, mobilis redditus, reliquae maſſae ſanguineae communicatus ad emunctoria expellatur, ut ſic pro tempore hoc morbo liberetur.

§. 41. Porro ad ingeſta etiam referri poſſunt medicamenta praecipue humores vitales nimis ſolventia, ut ſunt purgantia fortiſſima, omnia ſtimulantia, quorum ope humores ſolvuntur, & ad tenacitatem diſponuntur, praecipue huc pertinet mercurius, hinc iſti ſalivationem paſſi haud raro quaeruntur de doloribus vagis, & periodicis, ſic & omnia medicamenta calefacientia acria huc referuntur, quae ſtimulo ſuo ſanguinis motum augent, ejuſque craſin ex tenui in craſſum, ex blando in acrem pervertendo nocent. Sequitur jam motus & quies.

§. 42. Motus ut ſummum inſtrumentum ad ſanitatem conſervandam, & morbos devincendos, dum moderatus; ita ſi ſit nimius, plurimorum morborum cauſſa eſt, hinc patet vitae & ſanitatis rationem in mediocritate ſitam eſſe, ſi transgreſſus eſt, morbus naſcitur, unde merito tenendum ſequens proverbium

Omne nimium vertitur in vitium

hinc

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines ultra quos, citraque nequit conſiſtere rectum.

motu nimio in universo corpore nascitur circulatio major, & omnes exinde effectus tam in solidis, quam in fluidis; 1°. nascitur calor, qui semper motui proportionatus, ergo augetur prout major fit motus, calor vero rarefacit §. 26. vasa dilatat, moleculas sanguinis in magis volumen deducit, quod si nunc huic calori motu vehementiori producto vehementior motus superadditur, patet universum errorem loci fieri posse, nam tum dilatata vasa admittunt humores, qui transire non possunt, §. 10. unde ob humores continuo per motum majorem insequentes, & fortius impellentes, inflammationes, sive parti singulari, sive universo corpori inducuntur; & inflammatio eo vehementior, quo vehementior motus: 2°. nascitur humorum celerius per corpus propulsio, unde major humorum in vasa, & vasorum in humores attritus, hinc & iterum calor. Fluida quo vehementius moventur, eo vehementius atterunt deteruntque parietes vasorum, unde & nervi magis sensiles redduntur, principiaque nostrorum humorum, aqua, sal, & oleum, in quae maxime agit intensior motus, magnas mutationes patiuntur, aqua enim principium volatile, circulatione majori dissipatur, hinc fluiditas ab ea dependens imminuitur eo magis, quo magis difflatur aqua, unde exsiccatio & inspissatio humorum, inde dispositio inflammatoria, dein supervenit his acrimonia, nam sales & olea adeo blanda in nostris humoribus tantaque aquae quantitate diluta evertuntur, & dum violento attritu magis exponuntur in maximum acrimoniae gradum deducuntur, salia fiunt acerrima, olea rancescunt, blanditie ergo nativâ amissâ, fluit acerrimus humor per vasa, & majori motu superaddito acria spicula in parietes vasorum sensiles admodum redditas fortius impelluntur, doloresque varii producuntur, quis ergo denegabit, quod valida musculorum actio currendo, saltando, laborando, aut alio quocunque modo exercitata diu protracta in corpore praedispofito §. 21. sanguinem ad tam validum motum incitare valeat, ut Rheumatismus producatur; magna profecto inter homines differentia a solis artificiis pendet, prout hic singulari, alius alio motu exercetur, & ab objecto afficitur de iis prae caeteris consulendus Ramarzinus de morbis artificum.

§. 43. Opposita motui nimio est quies nimia, per hanc circulatio, quae ratione cordis, pulmonum, & arteriarum quarumcunque agentium sustinetur, lentescit, musculi enim agentes, sunt totidem quasi corda, quorum actione cordis & pulmonis vis, quam exercent in sanguinem, augetur, circulatio ergo inde intenditur, musculis jam quiescentibus motus sanguinis tum tantum a corde & arteriis propria actione imprimitur, sed hae caussae etiam languidae fiunt, dum sanguis haud copiosus & celerius redit ad cor, quia hic deficit motus corporis

poris vel muſcularis oritur lentor in ſanguine, ſi ſanguis jam in venis tarduis movetur, influxus erit lentior in cor, lentior inde contractio cordis, unde & lenta circulatio, oriuntur tum univerſi effectus, qui a circuculatione imminuta provenire ſolent, deficit in humoribus attenuatio, ſecretio, & excretio, quia haec omnia proportionata ſunt motui humorum, in omni ergo corporis quiete humores tarde moventur, minus & inde atteruntur, tenacius cohaerebunt, & inſpiſſabuntur & acrimoniam induent; unde Ovidius Lib. 1. Epiſt. ex ponto. Ep. 5.

Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus,
Et capiant vitium, ni moveantur aquae.

&, quatenns viſcera vel eorum fibras muſculares debilitando, coctionem depravat, hinc inertia liquidorum, cacochymia producuntur, unde ſtaſis circulantibus liquidis introductus tandem in inflammationem vel ob acrimonia junctam in Rheumatiſmum ſcorbuticum degenerare valet, nam dum coctio prima & ſecunda non bene ſe habent ſanguis bonus non producitur, ex eo non bonum fit ſerum & lympha, unde facile in minutiſſimis vaſis obſtructio, inflammatio, eroſio &c.

§. 44. Ordo nos ad animi affectus deduxit, tam ad calidos, quam frigidos dictos; prioris generis ſunt ira, excandeſcentia, ardor ad vindictam, dolor, furor, quibus ſanguis aliique humores majori velocitate moventur, quam in ſtatu naturali, unde facile errores loci, inflammationes, fiunt; nam affectus varie in corpus humanum agere & varios morbos inflammatorios produxiſſe multiplex ſane teſtatur experientia legitur de ira apud Ovidium Lib. 3. de arte amandi.

Pertinet adfaciem rabidos componere mores,
Candida pax homines: trux decet ira feras,
Ora tument irâ, ingreſcunt ſanguine venae,
Lumina gorgoneo ſaevius angue micant.

Poſterioris generis ſunt triſtitia, moeror, metus, invidia, deſperatio &c. animi affectus triſtes, corpus ad hunc morbum maxime diſponunt, humorum circuitum tardando; in hoc animi pathemate actio cordis adeo imminuitur, & reſiſtentia in ſolidis ita augetur, ut vix ad extremos fines vaſorum humores vitales deferantur, quod demonſtrat pallor, frigus, quo ſolent affici, emaciatio corporis, digeſtio abolita, ut interdum immemores ſint reficiendi corpus unde elegantiſſime iterum cecinit Ovidius metam. Lib. 3.

Attenuant Vigiles corpus miserabile curae
Adducitque cutim macies, & in aëra succus
Corporis omnis abit; vox tantum, atque ossa supersunt.

In genere hae affectiones humores lentius commovent; unde inertia & stagnatio humorum: fixa mentis attentione, omnes reliquae functiones laeduntur, sic ut tandem cacochymia, cachexia, scorbutus, Rheumatismus, arthritis aliique morbi fiunt.

§. 45. Sequuntur jam *Excreta* & *retenta*, quae quantum ad morbos producendos conferunt unicuique satis apparet; 1°. *excreta*, sic excretio nimia sudoris, perspirationis sanctonianae, urinae, salivae, quatenus per hasce liquidiores humorum partes è corpore eliminantur, reliquae inspissantur, & ad generandas obstructiones, inflammationes pronae redduntur; excretiones enim nimiae inductae caussae hujus morbi esse possunt, tum vires corporis imminuuntur, unde & circulatio quoque lentior & mutua humorum actio in vasa, & vasorum in humores mutatur, â quâ praesente sphaerica globulorum humorum figura dependet pro magna parte, unde elasticae sanguinis moleculae sphaericam suam figuram in aliam, majori superficie in aperturam vasculi incurrentem, mutant, per quod ob excessum molis transiturae supra capacitatem vasis transmissuri permeare nequeunt, unde obstructio, dolor, febris, inflammatio &c. 2°. *Retenta*, spectant huc variâe excretiones consuetae suppressae vel valde imminutae, ut haemorrhagia narium, haemorhoides, menses, missio sanguinis certis temporibus consueta, similiaque, quae plethoram producunt, haec in corpore praesens, si permaneat, circulationem suffocat, & humores spontanea degeneratione in nimiam spissitudinem, tenuitatem, vel in acrimoniam mutantur; haec ergo materia hac de caussa in corpore retenta & ad vasa minima delata, eos facile extendit, sua acrimonia arrodit, unde dolores, inflammationes &c. maxime huc spectant impedita perspiratio,. quomodo autem impediatur, & quid producat Vid. Sanctor. in Stat. Sect. 1. & 11. materies enim illa dicit Bellinus, retenta in corpus perinde operabitur, ac si corpus illud esset cacochymicum & plethoricum. Tunc enim retinetur materies, quae naturali lege de corpore eliminari debet; „ quia corpus nostrum sic creatum est, ut actione sua boni humores tandem ita degenerent, donec omnino inutiles fiant ad obsolvenda sua necessaria munera, solidaque deterantur, quod abrasum liquoribus mistum, una cum dicto inutili facto humore circumducitur, ergo si materies illa retineatur in corpore, subire debet istas mutationes, in quas omnes liquores in loco calido asservati abeunt, nempe in corruptelam;" vid. Clariss. Joh.

de

de Gorter Libr. de perſpiratione inſenſibili C. XII. §. 46. unde & nocet corpori univerſo duplici ratione, 1°. quod molem ipſorum humorum ad plethoram uſque auget, inde & materies perſpirabilis retenta plethoram quaſi in vaſculis minimis inducit, haec vaſa diſtendit, vicina comprimit, hinc & iterum dolores varii Rheumatici calidi vel frigidi, 2°. perſpiratio imminuta non modo auget molem humorum; ſed & acrimonia ſua nocere poteſt.

§. 46. Huc & referuntur ſomnus & vigilia, ſomnus plus aeque protractus eadem fere mala producit ac quies nimia §. 43. tum enim ſolidorum & vaſorum poteſtas & actio minuitur; novimus ſolidorum vigorem conſiſtere in debita elaſticitate, qua nimia ſomno vel quiete deprevata, ſanguis aliique humores per vim cordis haud velocius in arterias pelluntur, minus ergo & premunt latera vaſorum, adeoque & fibras; unde & minus reagunt in humores, ſed ſenſim accumulantur, inſpiſſantur, variasque obſtructiones producunt, 1°. univerſo corpore laxo ſuppoſito, etiam talis erit ventriculus, ergo & mutationes, quae inducuntur alimentis a ventriculo forti, ideſt à robore fibrarum muſcularium ventriculi & inteſtinorum deficient. 2°. ex ſanguine inerti & mucoſo etiam generabuntur menſtrua ventriculi non ſatis apta ad coctionem promovendam, inde omnia, quae ingeruntur corrumpuntur, ut antea annotavimus, hinc nos monet Cato diſtic. Moral. Lib. 1. diſt. 2.

Plus vigila ſemper, nec ſomno deditus eſto.
Nam diuturna quies vitiis alimenta miniſtrat

§. 47. Vigiliae modum excedentes eosdem fere morbos procreant, ac motus nimius §. 42. quod pulſus docet, nam ſemper major humorum motus obſervamus quam in ſomno; ergo & peccant, quatenus ſpiritus ſubtiliſſimos è corpore conſumunt, & liquidiſſima corpori noſtro maxime proficua abiguntur, unde neceſſario inſpiſſatio, compactio reliquorum humorum ſequi debet, ficque obſtructioni inflammationi haud levis praebetur occaſio; praetereaque ſanguine liquidis tenuiſſimis ac blandis privato, neceſſe quoque eſt partes reliquas incraſſari, & acres fieri, quae ſpiſſitudine & acrimonia rurſus ſuas tragoedias in hunc morbum ludere poſſunt. Merito ergo conſiderationem hic etiam merentur ſomnus & vigiliae, *nam utraque modum excedentia malum inquit* Hippocrat. Sect. 2. aph. 3. unde & Quintilianus

Quod caret alternâ requie, durabile non eſt,
Haec recreat vires, feſſaque membra levat.

Otia

Otia corpus alunt, animus quoque pascitur illis.
Immodicus contra carpit utrumque labor.

§. 48. Denique & addenda restant externa corpori applicata, quae caussae hujus morbi esse possunt, quum scilicet partibus corporis applicantur, quae subito poros constringere, & motum humorum sistere valent, ut imprimis aër frigidus, aqua gelida, corpori applicata unde & perspiratio prohibetur & pessimas producit obstructiones hinc & dicit Clariss. fred. Hoffman. in Med. rat. Tom. 2°. Sect. 3. *Vehemens frigus id habet incommodi, ut fortiori fibrarum & vasorum strictura ac compressione, humorum motum ab ambitu corporis magis ad interiora urgeat ac convertat, & aequabilem atque per vasa minima interiora liberum sanguinis & humorum circuitum impediendo, graves & periculosos in partibus praesertim debilioribus infarctus, vasorum repletiones & morbiferas semper stases, & stagnationes efficiat.* Si ergo haec ad membranas tendines, ligamenta, vel ad quaecunque viscera contingant, quis non videt ob distributionem subtilissimorum vasorum Rheumatismos oriri posse. Quod & de caeteris qualitatibus aëris antea §. 25. ad 36. explicatis verum est: sic subitae vecissitudines aëris externe applicatae maxime peccant §. 34. uti si quis balneum calidum ingressus fuerit & calefactum penitus corpus gelido aëri exposuerit; vel siquis calefacto prius valde corpore aquae frigidae innataverit: imo adeo istae vicissitudines nocent, ut Sydenhamus non dubitaverit asserere, quod plures pereant ab hac caussa, quam peste, gladio, & fame omnibus simul, hinc familiares semper monuit, ut exercitio calescentes frigus maxime vitarent: vel si post summum frigus subito oboriatur calor, homines facillime in dictum morbum incidunt, manifeste apparet ratio, frigus praegressus fibras solidas accurtat, densat, roborat, hinc illarum actionem in humores auxit, adeoque & humores compactos magis ac densatos reddidit, ubi ergo subitus aestus frigidam tempestatem praegressam sequitur, dissipantur mobilissima & fluidissima de corpore, debilitantur solidae partes corporis, adeoque nascitur occasio, ut laxata subito vasa arteriosa lymphatica per errorem loci admittant crassiores, & per frigus praegressum adunatas sanguinis moleculas, hinc obstructio, inflammatio, unde & Rheumatismus facillime nascitur; sic & vestementa hyberna nimis mature deposita caussae esse possunt, aliaeque innumerae apud Practicos inveniuntur, quas omnes recensere nimis longum foret; sed hisce praetermissis ordo dictat, ut paucis quidquam de effectibus subjungamus.

§. 49. Inflammatio enim istius morbi, ut antea dictum §. 6. tantum haeret in arteriis serosis vel lymphaticis semper ex lato in augustum desi-

desinentibus §. 10. adeoque istae arteriae proportionaliter eandem determinationem motus humorum habent, atque caussas ad inflammationem caeteris paribus easdem §. 11. unde effecta inflammationis sanguineae fera hic iidem, signa vero hujus inflammationis differunt pro diversitate humorum, quos haec vasa gerunt: in his ergo vasis nempe serosis & lymphaticis duplex existere potest obstructio, nempe primo in proprio vase à propriis humoribus, & praeterea per errorem loci, quando nempe humores ob tenuitatem suam, vel praeternaturalem dilatationem vasis sequentis ordinis transferuntur in talia aliena vasa & in iis obstructionem producunt, inde inflammatio, quotiescunque impetus humorum superaccesserit, & moleculas obstruentes attriverit, & motu produxerit calorem, imo vel ad rupturam vas disposuerit.


§. 50. Per quascunque ergo caussas in finibus arteriosis serosis vel lymphaticis stagnatione productâ, varii effectus per vim acti humoris a vitâ superstite producuntur; 1°. quia vasa minora obstructa, humorem serosum perpetuo accipiunt, nec transmittere possunt, hinc accumulatio humorum, distensio, tumorisque augmentum; porro in omni inflammatione fortiori vasa lateralia non vehentia rubrum sanguinem errorem loci patiuntur, crassior pars etiam in lateralia vasa transit, hinc dilatantur iterum seroso humore, unde & iterum tumor, sed qui ob differentiam inter humores eorumque motum § 49. vix in nostro morbo observatur; sine dubio sanguis momento velocitatis maximo fluit §. 9, 10. arteriae enim sanguiferae fortissimae & cor propinquum maximo impetu sanguinem pellunt, hic sanguis magnam motus jacturam fecit, & quem accipit â systole arteriarum amisit §. 9. quo à corde per varias series magis ad ultima progreditur, eò, pluribus superatis seriebus vasorum, plures passus est resistentias; in vasculis ergo remotissimis à serie prima humorum motus est tardissimus, partim quia humores a corde remotissimi sensim plurimum motus perdunt, partim quia vasa, quo tenuiora, eo minorem habent vim contractilem; quo vero nunc minor est motus in moleculas obstruentes, eo talis inflammatio tumorem facit minorem; hinc & fit, quo series vasorum minor, & tenuior humor, eo diutius talis inflammatio sine ruptura vasorum durare potest; & licet febris excitetur antequam ejus vis veniat ad vasa minora, impetus multum est infractus. Vascula autem illa, quia fere simillima nervis, sunt sensilissimae, hinc licet tales inflammationes non tam cito in suppurationem abeant, tamen, quia obstructio in vasis tam parvis nervis proximis datur, summi dolores fieri possunt.

§. 51. Nata enim obstructione §. 50. ab humore seroso mediante sanguine §. 9. vi cordis in loca non transmittentia pulso producitur α. ingrata titillatio β. pruritus & sic successive γ. tumor, δ. calor, ε. pulsatio, quae omnia hic sunt levissime ob rationem dictam §. 50. tandemque η. dolor summus & tunc vera adest inflammatio, quae nata facit, ut fibrae nervosae in hoc vasculo praesentes ad rupturam disponuntur, unde immanis dolor tunc observatur, hic vero nulla acrimonia, nulla cacochymia nullaque corrosio peccat, sed mera distensio, quae summos dolores procreare potest, sicuti dolor pleuriticus est immanis, non quod partibus illis acre quoddam inhaeret, sed quia arteriae obstructae omnem impetum arietantis humoris sustinentes ita distenduntur, ut fibrillae membranarum suarum nervosae, adeoque maxime sensiles, rupturae jam fiant proximae: sic & in omnibus aliis corporis locis, si vasa sic distenduntur, ut diximus, dolorem in suis membranis, per quas disseminantur plurimi nervi, facient summum: Omnia enim vasa nostra constant membranis, quae sunt mera vasorum, & nervorum textura, adeoque sensu exquisitissimo praedita, hinc ubi haec vasa valde distenduntur, incipit homo calere, & dolere, si denique distenduntur eo usque, donec fibrillae nerveae membranas vasorum componentes, & pro magna parte constituentes fiant rupturae proximae, urit summus dolor, & vasa minima sunt doloris atrocissimi sedes, quod podagra satis clare docet, hinc & Rheumatismus haud minorem dilacerantem ad minimum motum saevissime auctum §. 2. utpote in vasis proximis nervosis haerens §. 50. creat dolorem. Dolor quid sit in mente, impossibile est explicare, nisi quod sit sensus molestissimus, & ingratissimus, qui nullam sui memoriam relinquit, seu quod sit symptoma corporis tam remotum a sanitate, ut nemo sanus concipere aut sibi imaginari possit, quomodo doleat, sic homo V. G. Rheumatismo, vel alio quocunque morbo dolorifico ingentem dolorem passus, nunc ab omni dolore liber, & sanus iterum redditus, nequit exprimere dolorem, quam antea passus est, vel Rheumaticum vel attriticum vel podagricum, nisi quod sit sensus ingratissimus & molestissimus, cujus nullam amplius habet ideam. Porro θ. horror & calor se mutuo excipiunt, & morbum antecedunt, quia inspissati humores vasa minima lentius permeant, & eorum partes, quae sunt crassiores, affrictu tunicas vasorum afficientes horroris sensum producunt, verum enim vero viribus cordis sensim increscentibus, minuitur resistentia circa fines arteriarum, cor pergit velocius contrahi, & contentum sanguinem valide in vasa impetit, eaque validius stimulat, quae ergo magis stimulata sanguinem premunt, movent & propellunt §. 49. sicque calor intensus horrorem insequitur. §. 52.

§. 52.

§. 52. Hisce praegressis §. 50. 51. tandem oboritur *α. febris* cum suis symptomatibus, plerumque omni inflammationi comes, & quo vehementior febris, eo periculosior inflammatio censetur: ex duplici caussa febris nasci hic videtur; prima caussa est, quam obstructio producit, illâ enim in arteriis productâ caeteris adjacentibus vasis non obstructis per ἔμφραξιν vel ϛενοχωρίαν, ita per θλίψιν comprimuntur, angustantur, ut difficilis humorum per ea sequatur transitus, vel penitus impediatur eorum permeatio, hinc reliqui humores majori in copia ad vasa non angustata deferuntur, hinc & eorum latera magis distenduntur, ab hac distensione vasa citius ad propriam suam contractionem irritantur, & magis ex eo reagunt in humores, unde necessario sequitur humorum majori etiam in copia celerior propulsio per venas ad cor, hinc velocitas contractionis cordis augetur, pulsusque exinde acceleratur & febris producitur: altera caussa in dolore videtur esse sita: qui excitatur fibris nerveis distentis §. 51. quique turbas suas in systema circulationis diffundit; sensorium commune ita tunc afficitur, ut nimiam expressionem liquidi nervosi faciat in nervos cardiacos, unde celerior influxus spirituum in villos cordis musculosos, ex hoc celeriori spirituum influxu citatior cordis systole & diastole, unde & circulatio velocior id est fit febris, & quae in omni dolore paulo atrociori & aliquamdiu perdurante semper adest; & quo pars affecta est magis nervosa, membranacea, aut tendinea adeoque dolor acutior, eo febris est major, & contra: denique sequitur *β. calor*, qui nascitur ex magno attritu a tali sanguine inflammatorio producto: sanguis inflammatorius supponitur densus, crassus, ponderosus, & quo corpora ponderosiora supra se invicem moventur, eo major attritus, & exinde calor, aestus, ergo hic calor per totum corpus diffusus propter celeriorem circulationem: calorem hunc necessario subsequitur. *γ. Sitis*, nam quo magis circulatio augetur, eo magis humida & aquosa dissipantur, consequenter parte humectante in toto corpore imminuta etiam copia ejus in lingua & faucibus decrescit: sic & per febrim sales nostri corporis extricantur, & olea per calorem & attritum rancida fiunt, adeoque ex utraque ratione in lingua, & faucibus acrimonia augetur, unde iterum sitis. Hinc ab eadem caussa, *δ. urina rubicunda*, urina enim è massa sanguinea secernitur ope renum, & copia ejus praecipue à parte aquosa dependet, hinc parte aquosâ per motum majorem dissipata, sufficiens quantitas ad renes non determinatur, & ob rationem dictam lotium plus salis & olei possidet, minus vero aquae, unde urina sensim parcior, acrior, rubicundior, foetidior excernitur. Sic & *ε. siccitas* ob eandem rationem, quia vi caloris liquidissima difflantur, quae requirebantur, ut humores per sua vasa rite veherentur; hinc etiam constat sanguinem debere fieri com-

pactiorem, densiorem; hinc η. *lassitudo*, *gravitas* per artus, musculos sentitur. Porro θ, *inquies*, *jactatio* corporis, nam nemo dolens quietum se retinere potest, & semper evitare cogitur sensum illum molestissimum, quem dolorem dicimus §. 51. denique succedunt. ι. *Vigiliae*, quae praecipue in nostro morbo adsunt, quia circulatio augetur per totum corpus, adeoque & per cerebrum, unde perturbatio sensorii communis & porro nil remotius est a somno, quam dolor, semper avertens & turbans somnum: denique κ. & *sanguis* tunc temporis è vena missus habet albam, duram, crassam rigidam pellem, sed origo ejus adhuc obscura, an de sero sanguis calore concrescibili dissipata parte tenuiori, an à majori attritu inter humores producitur, sublimioribus ingeniis relinquo. Ultimo λ. *pulsus durus* plerumque observatur, quae denotat arteriarum plenitudinem, & sanguinem valide compactum, densum & inflammatoria viscositate §. 17. N°. 2. per ultimas vasorum angustias difficilius permeabilem; nam humores effunduntur omnes in arterias, sic ut arteriae sint plenissimae, & se vix, ut decet, contrahere possint, interim sanguinem plurimum accipiunt, & cum maximo impetu, inde pulsus durus hic observatur. Sic & plura alia symptomata adesse & abesse possunt. denique effecta varia, sunt pro varietate partium, in quibus tyrannidem exercet, ut si caput aggreditur, cephalalgias, si pulmones asthma, dyspnaea, tussis peripneumonia, si intercostalia & pleuram pleuritidem, si fauces anginam, si viscera abdominalia aggreditur colicam sic dictam producit, incredibile est, quot morbos creat, saepe subito lethales; unde facile constat, quod varia sint effecta pro parte ab eo affecta: sed quae omnia hic recensere dissertatio haud permittit: Rheumatismus scorbuticus aeque ac inflammatorius varios producit effectus, ita ut quemlibet morbum imitetur, nullam partem neque internam, neque externam intactam relinquens; sed cujus effecta optime cognoscuntur ex caussis explicatis §. 15. ad 49. & ex ipsis corporibus scorbuto laborantibus unde auctores, qui de eo scripsere, consulendi sunt: restat ergo ut de signis agemus.



CAPUT TERTIUM.

De Diagnosi & Prognosi.

§. 53. Diximus antea dari duplicem Rheumatismum inflammatorium & scorbuticum §. 3. hinc duplicia signa cuique propria & privata consideranda veniunt. 1°. de inflammatorio.

§. 54.

§. 54. Signa *Rheumatismi inflammatorii* diagnostica maxime petuntur ex caussis praegressis tam proëgumenis à §. 16. ad §. 22. quam procatarcticis §. 24. dein ex effectibus §. 49. ad §. 53. ante explicatis, quae omnia hic revocanda sunt, incipit cum frigore, horrore §. 51. θ gravitate lassitudine §. 52. η dein succedit febris cum calore siti, siccitate, inquiete, molestia, jactatione corporis, vigiliis, & reliqua febris continuae symptomata §. 52. ab hoc morbo individua, quae febris nunc magis nunc minus acuta est, prout plures arteriae obstructae sunt §. 50. unde numerus vasorum transmittentium insigniter minuatur, & humores copia non minuti majori velocitate per vasa aperta fluunt §. 52. dein prout irritatio fibrarum nervearum per vasa inflammata, vel vicinas partes, dispersarum major fit §. 52. brevi dolor atrocissimus, dilacerans, non facile tolerandus subsequitur, quasi omnes partes divellerentur, qui dolor major vel minor est, prout impetus liquidi a tergo locum obstructum urgens major vel minor fit §. 50. sub noctem plerumque gravior, nec dormire queunt aegri, & quo statu fere primo jacent ac decumbunt, in eo manent, quod praecipue accidit, si totum fere corpus & affectum, & sine cruciatu ac vehementi dolore vix moventur aut attinguntur; porro tunc temporis pulsus durus celerisque §. 52. λ. observatur, urina emissa rubra, flammea, foetida §. 52. δ. sanguis emissus pleno saltu pelvi exceptus format subcoerulescentem, duram, crassam, rigidam pellem, instar sanguinis pleuriticorum; aliquando in uno loco diu fixus manet, aliquando vagus est occupans mox hanc, mox illam partem; praesertim genua humeros, cervicem, lumbos, coxendicem, quandoque cerebrum, spirandi organo, visceraque abdominalia: aliquando tumor adest a vasis distentis & liquido turgentibus §. 50. aliquando in Rheumatismo dolentissimo nullus tumor apparet, si malum nempe haeserit in vasis minoribus §. 50. & morbi indoles semper observatur mitior, quando partes affectae tument Vid. Clariss. Gerard. van Swieten Comment. in aphorism. H. Boerhave de cognoscend. & curand. morbis §. 122.

§. 55. Si dolores manent fixi aliquo in loco à morbis, quos imitetur, difficile distinguitur, nisi, quod fere semper fit, horrores per totum corpus adsint, aliaeque partes doloribus vagis afficiantur, dein ex signis generalibus concurrentibus §. 54. quae semper adsunt, licet pars particularis afficiatur.

Si caput hoc morbo afficitur, *cephalalgia* inducitur dolentissima, interdum ut Phrenitis in lethargum desinens: si fauces *angina*, sed ab angina inflammatoria sanguinea distingiutur, quia tumor, rubor, calor in illa majores sunt, & citius in suppurationem abit, haec vero raro suppuratur licet diutius perduret. Si *cervix* vix caput in latera

 mo-

movere possunt, & pro morbo refrigeratorio interdum male habetur: si ad aures pro *otalgia*, si addentes pro *odontalgia* habetur; sed cognoscitur ex signis generalibus §. 54. 55. si humeros afficit, *amagra* dicitur: si genua *Gonagra;* si coxam occupat, *Ischiadicus* dolor auditur, intolerabilem producens dolorem, cognoscitur solo loco affecto, & signis datis §. 54. nullus tumor extrinsecus apparet, per consensum dolent musculi tibiam adducentes & abducentes & qui femur rotant. Si lumbos afficit, *lumbago Rheumatica* dicitur producens ibi dolorem atrocissimum, qui se aliquando ad os sacrum usque demittit proferens fere omnes effectus paroxysmi nephritici, sic ut saepe a peritissimis in arte viris vix destinguatur, in eo tantum est differentia, quod qui lumbagine Rheumatica laborant, non vomituriant, notante Clarissimo Sydenhamo Cap. 5. cujus verba hic inserere non inutile videtur. „ Est & alia hujus morbi species, licet non hujus esse prosapiae vul„ go credatur, quae *lumbago Rheumatica* aptissime dicetur: immanis „ dolor scilicet, idemque fixus, circa lumborum regionem, ipsum„ que, aliquando ad os sacrum se demittens, *Paroxysmum Nephriti„ cum* mentitur; nisi quod aeger non vomituriat, nam praeter dolo„ rem atrocissimum & vix ferendum circa ipsos renes, aliquando & „ ureteres per omnem eorum ductum ad vesicam usque, eodem, li„ cet mitiori tentantur: qui & mihi olim imposuit, tanquam a ma„ teria aliqua sabulosa, in iis partibus haerente, penderet; cum re„ vera materiae *Rheumatismi* peccant: & inflammatae, ortum suum „ debeat, quae quidem partes illas jam solas urit, intacto reliquo cor„ pore, immanis hic dolor nisi abigatur eodem modo, quo prior spe„ cies (idest ut Rheumatismus generalis §. 54. vel particularis) pa„ riter etiam perdurat, pari saevitia excrucians; adeo ut miser ne„ queat procumbere, sed vel e lecto exiliat, vel semper eodem „ erectus sedeat, corpore interim perpetuo agitatione nunc versus „ anteriora nunc posteriora inclinato reductoque." Si ad os sacrum dicitur lumbago Rheumatica inferior. Si ad viscera interna abit, plurima mala producit. Sic si pulmones afficiuntur, oritur tussis fortissima, sicca interdum & humida, unde pro peripmeumonia habetur, sed ab ea distinguitur, licet interdum in eam abeat; dolor hic punctorius, dilacerans, inde imflammatio hic haerere videtur in membrana pulmones ambiente, vel in vasis pulmonum minutissimis §. 5. §. 11. hinc & non tam cito, ut peripneumonia vera in suppurationem abit, dein hic pulsus magis durus & Celer, in peripneumonia mollis, quia sanguinis permeatio impeditur, & ad cor depulsio, porro vix dolor sentitur in peripneumonia, sed magna anxietas, dein & ex signis generalibus §. 54. si latera affligit, distinguitur a pleuritide, quia diutius perdurat, antiquam in suppurationem abeat. Sic eadem

dem ratione si ventriculum, intestina, tam crassa dolores colicos proferens, quam tenuia dolores Iliacos inducens, afficit, distinguitur, dein ex signis generalibus datis §. 54. 55. Si partes externae hepati congruae & confines ab hoc morbo afficiuntur, vulgo pro hepatitide haberi solet, & ut plurimum quidem cum horrore, frigore, interdum etiam vomitu & febre incipit, ac dein dolore, insomnia, spirandi difficultate, inquietudine & alvi adstrictione stipatur, distinguitur a vera hepatitide, quia raro adest icterus, dolor saepe se extendit ad humerum, mammam, claviculam, & tactu admodum augetur vid. Cl. Hoffman. Sect. II. Cap. VII.

§. 56. Differt hic morbus à podagra; sedes podagrae esse in nervis viri in arte magnis conveniunt ut apud Cl. Boerhav. in aureo suo libello de cognoscend. & curand. morb. §. 1262. „ ex quibus cunctis „ liquet caussam proximam hujus mali esse vitiatam indolem minimo- „ rum, adeoque nervosorum vasculorum in corpore; tum etiam li- „ quidi, quod nervosas partes alluit". Sedes vero Rheumatismi veri esse in vasis lymphaticis ut idem §. 1493. „ caussa proxima ejus esse „ videtur inflammatio in arteriis lymphaticis membranarum, quae ad „ ligamenta juncturarum": locus quem primo regulariter aggreditur, semper pes, ut dicit Cl. Boerhav. §. 1259. contra omne genus remediorum pertinacissimus, per paroxysmos abit & redit, & maxime saevit circa juncturas, Rheumatismus non item.

Differt ab arthritide, quae debiles frequentius aggreditur, per longum tempus sine exacerbatione affligit, membra affecta sensim extenuantur, & nunquam tumorem cum rubedine excitat, medios artus plerumque afficit dolor, quando pars affecta attingitur, non adeo exacerbatur, quam in Rheumatismo, cum arthritide nunquam vel rarissima febris jungitur, & Periodice recurrit incertis temporibus praeprimis aëre frigido ac humido.

§. 57. Hisce omnibus §. 54, 55, 56. propositis, facile perspicitur, quid sint dolores capitis interni & externi, maxillarum, dentium, membranae Sneiderianae, cervicis, spinae, lateris, coxendicis, pedum, genuum, brachiorum, musculorum, ossium &c. admisso frigore corpore prius calefacto oborti, febribusque adjuncti; constat certo per frigus solidas partes corporis in omni dimensione minui §. 27. ergo & arctari vasa, & sic vasa constricta crassiora fluida, quae ingressa fuerant, retinent, nec possunt haec retenta per angustissimos fines transire, unde obstructio, & accedente motu a tergo urgente inflammatio §. 15.

§. 58. Diagnostica signa *Rheumatismi scorbutici* etiam petuntur ex caus-

caussis antecedentibus tam proëgumenis §. 17. 18. 22. quam procatarcticis §. 24. &c. cum suis effectibus simul explicatis §. 25. ad 49. dolor hic non omnium vehementissimus, sed obtusus quasi, nec adeo fixus in una parte haeret, verum magis vagus, incertus, ac intermittens, raro in tumorem pars affecta attollitur, nulla vel levior febris adest, pulsus parvus & inaequalis est, neque magnus calor, neque urina flammea, sed urina cruda, tenuis, turbata alba, aquosa, interdum & urina intensae rubedinis, ut in febre ardente, sed distinguitur, nam nulla, vel levior saltem adest febris, interdum sedimentum lateri contuso simile deponit &c. & alia signa scorbuti simul plerumque adsunt, ut est vacillatio dentium propter gingivarum retractionem, & quasi in lunae dimidiatae figuram depressionem, oris foetor &c.

§. 59. Facilis ergo distinctio est facienda, si corpora aspiciamus; plerumque scorbuto ipso laborantes §. 22. afficiuntur nostro morbo, unde ex iis signis datis §. 15. 17. 22. dignotio praecipue petenda §. 58. nam de scorbuto in genere hic agere animus non est, sed tantum de morbi symptomate idest de Rheumatismo sic dicto scorbutico, qui plura desiderat, adeat auctores, qui de eo scripsere, inter praecipuos sunt Eugalenus, Sennertus, Sydenhamus, Fred. Hoffmann. Magnus Boerhavius aliique &c. In hoc morbo maxime videndum ad varias acrimoniarum species, quae praecipue hunc morbum concomitantur, & quae vel muriatica salina. §. 37. N°. 1. vel ammoniacalis, vel acida §. 37. N°. 2. vel Alcalina §. 37. vel oleosa putrefacta, rancida acrimonia §. 39. cum vel sine fluiditate nimia humorum §. 17. vel spissitudine frigida §. 17. N°. 2. quorum signa diagnostica petenda ex caussis §. 15. 17. 22. & effectibus §. 24. ad 49. antea explicatis, dein ex juvantibus & nocentibus; & qui plura desiderat inspiciat institutiones Cl. Boerhavii in capite de signis morborum §. 911. ad §. 917. ubi omnia haec ad oculum proponuntur.

§. 60. Varias quoque imitetur morbos, prout singularem afficit partem, attamen facile distinguitur, si attendimus ad signa data, §. 58. si membranam pleurae aggreditur, pro pleuritide interdum habetur, haud difficile erit, hunc affectum a vera pleuritide distinguere, quod & admodum necesse est, quia medelam omnino diversam requirit: in Pleuritide enim vera adest dolor continuus, punctorius, in Rheumatismo scorbutico dolor it & redit, nunc partem anteriorem, nunc posteriorem, mox dextram, mox sinistram, mox exteriorem, mox profundiorem, cum pleuritide semper febris acuta & pulsus durus juncti sunt, cum Rheumatismo Scorbutico raro conjungitur febris,

&

& pulſus eſt parvus & inaequalis : ſaepe producit mingendi difficultatem , & gravem dyſuriam, ſaepius obſervavi dicit Cl. Hoffmann. Sect. Cap. VI. p. 306. *ſubito eos, qui Arthriticis & Rheumaticis fluxionibus obnoxii ſunt dolorem in lumbis , & mingendi difficultate corripi, cum ſerum impurum tophacea , & tartarea materie refertum, ad renale cribum copioſius fertur, & in uretere, praeſertim ubi introitus eſt in veſicam, collectum, ac ſtagnans, gravem dyſuriam parit.* Si aggreditur ſtomachum, dolores ventriculi profert, ſi inteſtina tenuia, dolores iliacos, ſi craſſa, dolores colicos producit: parit & diarrhaeas, dyſenterias, producit varias Haemorrhagias narium, pulmonum, ventriculi: ut & immodicam menſium evacuationem, ſi diatheſis Rheumatica ruat ad vaſa ad uterum pertinentia ut videre eſt apud Ballon. L. 3. Conſ. 67. Sic & Boerh. in Aph. de Cogn. & Curand. Morbis in capite de Scorbuto: „ dolores varii, vagi, per omnes externas, inter- „ naſque corporis partes mira producentes tormina, pleuritica, ſto- „ machica, iliaca, colica, nephritica, cyſtica, hepatica, lienaria &c. „ haemorrhagiae variae, ſed leviores. Iſti ergo dolores fere ſimiles ſunt doloribus a paſſione hyſterica ſic dicta obortis, ſic ut Sydenhamus ipſe dubitavit ad hanc claſſem debere referri, niſi quod iterata experientia comprobaſſet, eos remediis antihyſtericis minime ceſſiſſe, ut videre eſt cap. 5. ubi optime de hoc morbo ſcripſit. Porro oritur ſaepe, ſi Rheumatiſmus verus ideſt inflammatorius non rite curatus fuit, ut idem vir obſervavit, ubi dicit „ non raro tamen accidit, ut „ ubi aeger per errorem contrario plane modo fuerit tractatus, dolo- „ ribus vagis, nunc equidem mitioribus nunc vero atrocioribus, per „ omnem vitam miſere diſcrucietur. „ Oboritur ſaepe ſub finem morborum, & maxime ſub finem febrium intermittentium, ut videre eſt apud Ballon. Libr. de Rheumatiſmo, ubi dicit p. 278. *vidimus plerisque, qui aut quartana longa, aut alio ſimili morbo laborant ſub finem morbi; aut quo tempore in morbos mutatio inſignis aliqua cadit omnes articulos, immo totum corpus doluiſſe eo modo, quo nobis eſt explicatus, ut ſe Arthriticos putarent, aut vix arthritin evitaturos crederent.* Ex propoſitis §. 58. ergo hujus morbi ſignis, dignotio & diſtinctio inter morbos Rheumaticos inflammatorios §. 60. caeteroſque morbos inflammatorios ſatis elucefcit; reſtat ut paucis morbi prognoſin addamus, quae periculoſa vel nimis periculoſa ratione partium, quas affectat.

§. 61. Si occupat partes ignobiliores praeprimis externas raro aut nunquam vitae periculum infert, ſed febre ſemel depulſa longitudine ſua magnam parit moleſtiam, & ſaepe (praecipue ſi haud recte curetur, nec in tempore requiſitis adhibitis remediis) ad annum, vel

plures annos extenditur, unde saepissime morbus ante curabilis, curationis spem eludat unde & Ovidius suo tempore cecinit.

Vidi ego, quod primum fuerat medicabile vulnus
Post longum tempus damna tulisse mora.

Franciscus Portus refert se ipsum per biennium fere hunc morbum expertum esse. „ Immo per omnem, adeo vitam miserum haud infre„ quenter discruciat, quamvis in hoc casu, non eodem semper vigo„ re, sed paroxysmis quibusdam periodice repetitis, ad instar arthri„ dis subinde lacessit, ut dicit Sydenham. Cap. 5. pag. 273.

§. 62. Si occupat partes nobiliores, ut cerebrum, pulmones, viscera abdominalia §. 54. admodum periculosum est. Interdum Rheumatismus aliis morbis ut apoplexiae vel convulsioni superveniens periculum imminuit, translata materia morbifica a partibus internis ad habitum corporis ut Lazar. Riverius dicit.

§. 63. Raro abit in suppurationem, sed si diu durat immobilitatem in articulis producit. *Si durat & augetur saepe post atrocissima tormenta articulum a motu privat, anchylosin creat, vix ulli cedentem remedio* vid. Cl. H. Boerhave in aph. de cogn. & curand. morb. §. 1492. & Sydenham. C. 5. p. 273. dicit. „Immo vero potest fieri, „ ut ubi diu multumque vexaverunt dicti dolores, tandem sponte de„ sistant; atque interim aeger omni membrorum motu ad mortem us„ que privetur, digitorum articulis quasi inversis, & protuberanti„ bus, ut in arthritide, nodosis in interna magis quam externa di„ gitorum parte, se prodeuntibus.

§. 64. Si saepius Rheumatismus fixus vel vagus aegrotos invadit transit haud infrequenter in veram atthritidem. „ Neque ignotum in pra„ xi est, quod Rheumatismus fixus, ac vagus in iis, qui saepius ac „ iterum eundem patiuntur, praesertim si aliunde debilitatem contra„ xerunt, in veram arthritidem transformetur Cl. Hoffm. sect. 11. „ Cap. 8. p. 317. "

§. 65. Interdum quoque etiam crassior pars hujus materiae α. in cutaneas turpitudines, ut scabiem & Phlyctenas egerminat: interdum & β sudores in declinatione morbi advenientes, salutares, dein γ. urinae crassae & multae, ut quae ab abscessibus liberat in febribus laboriosis in declinatione prodeuntes, morbi solutionem afferunt, ut Bal-
lonius

lonius dicit facile curantur, si febris materia cocta est, sudore, & urinae multae & crassae copiosa evacuatione; solvitur & morbus critice s. diarrhaeâ, si copiose, libere, ac raro alvus feratur, ut dicit Ballon. in libr. de Rheumatism. pag. 299. „ quoties vero in ventrem in-„ feriorem praedicti humores confluunt, prae vernacula tenuitate fa-„ cile exundant per portas viscerum, partim quidem in ventriculum „ per venam gastricam, ubi aqueum accersunt vomitum, partim per „ meseraicos ramos in amplam intestinorum cavitatem, ubi serosam „ diarrhaeam pariunt, aliquando criticam, si copiose, libere ac raro „ alvus feratur, crassescentibus excrementis. Solvitur etiam morbus larga haemorrhagia narium, ut casum refert Ballonius in libr. de Rheumatism. p. 288. dicit *tandem cum nullis morbus cessisset remediis, & desperatus pene foret, ecce tam copiosa haemorrhagia, & quae credentis opinione major esset, supervenit, ut de funere cogitaretur, convaluit evacuato supra modum sanguine.* Et plura alia observata apud dictos auctores practicos ut Bonet. River. Eugal. Hoffmann. Etmuller. Sydenham. Boerhav. prostant, sed quae omnia addere dissertatio, quae in satis magnum volumen jam exerevit, haud permittit, hinc omnibus, quae ad hujus morbi differentias, caussas, effectus, diagnosin, prognosin spectant, expositis, superest; ut ejus curationem brevissime subjungamus.



CAPUT QUARTUM.

De Curatione.

§. 66. Curatio hujus morbi ratione speciei §. 3. 54. 58. symptomatum §. 49. ad 53. partisque affectae §. 54. 55. maxime discrepat, ita ut, quod in hac specie prodest, alia in specie cedat in nocumentum, quemadmodum unusquisque ex dictis haud difficulter eruere poterit,

§. 67. Si itaque per sua signa §. 54. appareat adesse species prima §. 53. nempe *Rheumatismus inflammatorius*, non cunctandum, sed mox ad crudelitatem suam mitigandam, aegrotoque multum levaminis adferendum, statim idonea remedia tam externa quam interna adhibenda, ut inflammatio resolvatur, dolorifica symptomata mitigentur: hinc dictum Hippocratis in hoc morbo locum habet, quod *occasio praeceps cominus arripienda est*, & non ineleganter suo tempore Cato cecinit.

 Rem,

Rem, tibi quam noſcis aptam, dimittere noli,
Fronte capillatâ, poſt eſt, Occasio, *calva.*

tum ergo cita & larga miſſio ſanguinis eſt inſtituenda, ut minuatur impetus liquidi arterioſi a tergo locum obſtructum urgens §. & ſic impediatur ulterior vaſculorum laeſio; & quae bis, ter, ſaepiusque, ſi neceſſe ſit, repetenda eſt, cujus neceſſitatem conditio ſanguinis emiſſi §. 52. *κ.* viresque aegrotantis, atque ſymptomata §. 50, 51, 52. plus minusve ſaevientia indicant, raro tam largiter extrahendus ut Lazar. River. ſolebat, qui enim ſingulis diebus mitti ſanguinem jubebat: ubi dicit *ſingulis igitur diebus ab initio ſanguis detrahendus eſt, donec morbus remiſerit, & dolores imminuti fuerint; nec refert, ſi per* 10. *vel* 12. *aut etiam plures dies ſanguis detrahatur.* Dicit enim ſydenhamus Cap. v. de Rheum. qnod mihi melius videtur „ raro uſu venit, „ ut ultra quartam vicem venam incidamus, niſi vel regimen juſto ca- „ lidius praeceſſerit, vel medicamina calidiora aegro praeter neceſſi- „ tatem fuerit ingeſta: " nam tam ſaepe repetita ſanguinis miſſione facta, aeger facile ſuccumbere poterit, unde merito etiam hic locum haberet dictum cujusdam poëtae ob nimiam ſanguinis miſſionem in curatione febrium intermittentium, ut videre eſt in litteris G. Pateni de febribus intermittentibus, ubi narrat. „ Quod venae ſectione om- „ nes febres intermittentes curaret, imo triginta tribus conſequenti- „ bus, ſic etiam tunc temporis decumbebat infans Hiſpaniae à febre „ intermittente, venam ſecabant, repetebant, donec miſer occu- „ buerit, tunc poëta cecinit.

Quod Mars non potuit, Medici potuere ſecando,
Sic Mavors uno ſit minor Hippocrate.

Hinc non nimis, ſed ut aſſerit Hippocrates *habitâ ſecundum habitum, & aetatis pluris aut minoris ratione*, repetenda. Raro contingit, quin una vel altera S. V. levatur malum, praecipue ſi cura poſt venae ſectionem inchoatur purgantibus antiphlogiſticis, & ſi leni diacodiato veſperi turbae purgatione excitatae ſedantur; ut dicit Boerhav. in Aphor. de cognoſc. & curand. morbis §. 1493. *Curatur miſſione ſanguinis; purgatione antiphogiſtica repetita, & ſemper veſperi per narcoticum ſedata.*

§. 68. V. S. Primarium ſane in hac ſpecie morbi remedium eſt; nimiam quippe ſanguinis velocitatem, & in locum inflammatorium impetum, compeſcit, revellit; molem liquidi movendi minuit, & depletis vaſis, ſpatium diluentibus ingeſtis concedit: quare ſi ſympto-

tomata §. 52. ad quae tollenda, prima instituta est, denuo redeant, urgeant, audacter, si aegri permittant vires, repetenda est. Quod & Sydenhamus annuit Cap. V. de Rheumatism. ubi dicit „ post pri„ mam V. S. institutam, die sequenti sanguinis tantumdem, detrahi „ praecipio, atque intercalato die uno alterove, pro aegri viribus, „ tertio, dein interjecto trium quatuorve dierum intervallo (prout „ aegri vires, aetas, constitutio, aliaeque circumstantiae suadent, „ monentque quarto, atque ultimo ut plurimum, venae sectionem „ repeto." Attamen ut ipse fatetur in debilibus praesertim saepius sic repetita V. S. non bene cessit, unde curationem mutavit, ut videre est in processus integros in morbis fere omnibus capite de Rheumatism. & tunc per sola purgantia sub noctem paregoricis adhibitis, donec convaluerit, curationem absolvit, & si his iterum non cessit, adgreditur curam antiscorbuticis &c.

§. 69. Dictis ergo praemissis §. 67. 68. curatio praeterea exigit medicamenta diluentia; emollientia, refrigerantia, attenuantia, resolventia, calide ingerenda, conveniunt hic itaque varia decocta ex hordeo, Avena, Rad. Gramin. Bardan. Cichor. Scorsoner. Glycirrhiz. Acetos. Tragopog. Alth. ex 5. Rad. Asperientibus &c. Tamarind. ex lignis 3. Santal. Sassaf. Sarsaparill. Chin. Herb. malv. Alth. pariet, verbasc. lactuc. Endiv. Portulac. acetos. acetosell. Taraxac. &c. flor. Alth. papav. Rhaead. Sambuc. Melilot. Violar. &c. ex hisce varia decocta parari possunt, quibus dein variae compositiones addi possunt, ut rob. sambuc. ribesior. diamor. oxymell. simpl. syr. è succ. Citri, violar. alth. 5. rad. è rubo idaeo, papav. Rhaead. albi &c. Sic & nitrum; nitrum nitratum; sal. polychrest. sal. tartar. vitriol. sal. prunell. &c. quae dictis decoctis diluuntur, vel ex sem. frigid. fiunt Emulsiones ut ex hordeo Aven. amygdal. dulc. sem. lactuc. papav. alb. cucumeris, melon; vel julapia ex aquis stillatitiis, ut pap. errat. sambuc. cichor. C. citri, meliss. cum additis requisitis, ut nitrum, sal. prunell. sp. sulph. per camp. sp. nitri dulc. sp. salis cum appropriatis syrupis; &c. ex quibus pro lubitu variae formulae parari possunt. Dein conveniunt purgantia antiphlogistica ex fol. senn. agaric. Rheo, tamarind. mann. cass, prunor. acido-dulc. syrup. senn. syr. cich. cum Rheo. cum nitro, sale polychrest. cremor. tartar. cryftall. tart. ex quibus iterum pro lubitu variae formari possunt formulae dein ut vesperi, ut diximus §. 67. 68. turbas sedentur per lenia opiata, iterum conveniunt Emulsiones anodynae ex seminibus frigidis paratis, ut ex sem. pap. lactuc. amygd. cum syrup. appropriatis, ut diacad. papav. albi, Rhead. vel addi potest laud. pur. laud. liq. Sydenham. vel forma mixturae vel haustus ex aquis stillatiis, ut papav.

 Rhaead.

Rhaead. ſambuc. meliſſ. C. citri Borragin. cum dictis diacodiatis ratione virium aegroti, morbique ſymptomatum &c. per haecce turbae per purgantia excitatae ſiſtuntur, & aeger ad vires ſomno recuperandas diſponitur: porro balnea fomenta clyſmata ex emollientibus, antiphlogiſticis parata, ad majorem revulſionem faciendam, haud ſpernanda; ſic & veſicatoria, cucurbitae cum vel ſine ſcarificatione, variis dolentibus partibus applicatis locum maxime tenent, praecipue ſi ad partem ſingularem malum ſe extendit. Haec de curatione Rheumatiſmi inflammatorii totum corpus afficiente.

§. 70. Si vero Rheumatiſmus inflammatorius ad partem quandam ſingularem fixior eſt, ut ad humeros §. 55. genua §. 55. cervicem, vel juncturas quorumcunque artuum obſidens praeter generalem dictam curam §. 67. ad 70. ne tum anchyloſis metuatur, fomenta antiphlogiſtica aſſiduo loco affecto calide applicantur ex ſero lactis, lacte cum ſapone veneto, vel ex emollientibus, ut flor. alth. verbaſci lacte dulci incoctis, addito dein ſapone veneto, & ut locus ſemper tepeſcat, applicandae teſtae calefactae, hac ratione locus metuendus tepidus ſervetur, laboroſiſſima haec quidem ſunt, ſed omnia haec plerumque cum effectu magno fiunt, vel locus obvolvitur cataplaſmate ex iiſdem dictis, vel ex mica panis lacte dulci, ſapone veneto & pauca quantitate croci, ſic & Balnea ex emollientibus cum lacte & ſapone etiam conveniunt: ſi his non auſcultat, loco dolenti applicetur validum veſicatorium ex cantharidibus in Emplaſtri formam redactum.

§. 71. Si per ſigna cognita §. 55. occupat lumborum ſedem, & lumbago Rheumatica dicta, a Sydenhamo pulcherrime deſcripta, cura eadem §. 70. inſtituitur nempe per V. S. purgationes antiphlogiſticas, diluentia refrigerantia, dein & fomenta ut diximus §. 70. praecipue fomentorum ſimpliciſſimum, ſed & efficaciſſimum eſt hic aqua calida laxae veſicae incluſa lumbis applicata vel variae herbae emollientes addendae ſimulque veſicae incluſae applicandae proſunt, hocce fomento calorem diutius ſervante ad omnem partis ſuperficiem accommodato laxantur omnia ad intima uſque. Porro ſi dolor per ſigna §. 55. occupat coxam iſchiaticus vel coxarius dolor audiens, eodem modo §. 67. ad 70. licet difficilius curatur. Si vero die tertio quartove miſſione ſanguinis & verbo cura antiphlogiſtica §. 67. ad 70. non minuatur efficaciſſimum medicamentum tum dat veſicatorium loco affecto applicatum, qui acrioribus diutius apertus eſt tenendus: & ſi his non cedat tum cauteria potentialia ad locum applicanda ſunt, ſumatur nempe ferrum bene ignitum, & loco affecto dolenti

impo-

imponitur prius annulus vel capsula, sic facta, ut hac profunditas inustionis determinari possit, & tum ferrum illud huic capsulae inditur, & pars subjecta inuritur, donec resistentia capsulae determinantis sentitur, sicque aegri curantur, si haec methodus magis fuerat adhibita, forsan ex tam multis quam pauci claudicarent: caustica Hippocrat. ubique commendat, sed praeprimis casum refert Tulpius Lib. 3. cap. 27. Si vero materies Rheumatica ad viscera interna ut ad caput §. 55. pulmones §. 55. viscera abdominalia §. 55. se infigit, cura dicta §. 67. ad 70. semper eadem, hac cum differentia, quod cura morbi inflammatorii, quem imitetur, maxime convenit, & eo quidem dirigenda. Sic si v. g. pulmones sint affecti curatio fere eadem ac in peripneumonia, ergo conveniunt tum omnia decocta antiphlogistica praecipue hic ex Emollientibus sumpta, ex rad. Bardan. scorson. alth. rad. Glycyrrhiz. ex herbis alth. malv. pariet- verbasc. flor. alth. flor. pap. sambuc. cum nitro, sale polychresto, quibus colaturis admisceri poterunt syr. capill. vener. alth. flor. rhaead. syr. violar. &c. dein clysmata antiplogistica ex melle, aqua, aceto, nitro, cum, vel sine purgantibus. Dein ob tussim §. 55. varia conveniunt eclegmata ex syr. alth. violar. flor. rhaeados ol. amygdal. dulc. cum, vel sine mucilagine sem. cydon. vel specie diatragacanth. frigid. sic si ad caput eadem cura §. 55. adhibenda, & vesicatoria, cucurbita cum, vel sine scarificatione, nuchae post aures ponendae, dein ad genua, sic & ad majorem revulsionem faciendam Epispatica ad pedes applicentur, ex ruta, sale, semine sinapi, aceto, fermento acidi panis, sic & empl. ex Galban. sagap. sem. sinap. &c. porro clysmata, balnea, & uno verbo, cura antea proposita §. 67. sic si ad viscera abdominalia ad intestina tam crassa quam tenuia, cura eadem ut antea convenit, sed potius hic pro tempore a purgantibus abstinendum, magis convenit per clysmata ex emollientibus parata agere, & abdomen obvolvere cataplasmate ex dictis §. 70. paratis, continuo calide servando, hinc etiam convenit vesica aqua vel lacte calida plena abdomini applicata §. 71. porro omnia ante commendata usurpanda veniunt. Ex dictis credo sufficere, quae cura adhibenda convenit, licet morbum ad varia particularia loca sese infixerit.

§. 73. Sollicite vero in hoc morbo abstinendum a calidorum, & praematuro narcoticorum usu, per priorem enim morbus augetur, licet hoc praejudicio multi sint affecti semper calidiora medicamenta in usum vocantes, quia a frigore ortum duxit, tum semper inflammationem augent, & morbum intolerabilem reddunt, dolor enim & quidem vehementissimus adest §. 51. *v.* quia fibrarum partis inflammatae ruptura minatur; quaecunque ergo medicamenta ingesta &c. fibras

fibras vervofas adhuc violentius diſtrahunt, dolorem, potius minuendum, augent, medicamenta aliaque calidiora motum cordis & arteriarum fortiorem reddunt §. 40. N°. 2. hinc conſequenter velocitas circuitus ſanguinis augetur, unde & etiam impetus in locum obſtructum, inflammatum §. 15. augetur; calida, acria itaque molem obſtruentem in anguſtias adhuc majores pellendo, & inflammationem ipſam longius latiusque proſerpendo, diſtractionem fibrarum adhuc violentiorem producunt, adeoque dolores augent, minus tolerabiles reddunt; unde & ex dictis conſtat calida minime hic locum habere, atque cauſſam mali §. 15. ſemper augere: per narcotica nimis mature uſurpata, fit, ut morbus figatur, neque cognoſci poſſit, nam per iſtam vim narcoticam ſenſorium commune obtunditur, ita ut quaſi commercium inter mentem & nervum auferatur, hinc & nullam perceptionem eorum, quæ in nobis contingunt, ſentimus; unde & iſta narcotica dicenda ſtupefacientia, quae ſenſum doloris tollunt, & nervum reddunt ineptum ad impreſſum doloris ſenſum ſenſorio communi communicandum, unde patet, quod cauſſam §. 15. non tollunt, ſed tantum ejus effectum §. 51. η. ſopiant, ut non ſentiatur dolor. Immo dicit Sydenhamus Cap. V. „ utut ſaeviat dolor, per omnem „ hujus morbi decurſum, religioſe mihi ab hoc temperandum exi- „ ſtimo, modo mihi animo ſit curationem à ſanguinis miſſione ſolum „ petere, cum illorum uſu figatur morbus, neque tam facile venae „ ſectione cedat, quae ideo ob haec ipſa medicamenta officioſe nimis „ exhibita, ſaepius quam erat opus, celebranda eſt." Ideoque narcotica non conveniunt, niſi praemiſſâ debita ſanguinis miſſione §. 67. ſanguine inflammatorio ſubſtituto §. 52. κ. vaſis bene emollitis, & laxatis §. 67. ad 70. atque in hac conditione ſervatis. Unde & ſequens hic quadrat.

Temporibus Medicina valet, data tempore proſunt,
Et data non apto Tempore VINA *nocent.*

§. 74. Poſt dicta §. 67. ad 70. peracta ſub finem nempe curationis quoque conveniunt frictiones ſiccae, calidae, pannis fumo aromatum ut maſtich. ſuccini, oliban. Camph. carryophill. aromat. &c. perfuſis inſtitutae, majorem ſane, quam quidem creditur hic locum habent, per illam enim frictionem voſorum in liquida actio augetur; hinc & humorum circuitus acceleratur, ſtagnantia in motum deducuntur, & ſic motu & horum fumo roborantur partes laborantes, valde jam debilitatae, ſic ut aliquando obſtructio ſupermanet, quae novo paroxysmo auſam dat. ſingulis diebus bis vel ter frictio eſt inſtituenda dein & antiſcorbutica remedia uſum habent, nam di-

diluentibus, & venae fectionibus natura debilitatur, ut homines plerumque exinde in fcorbutum incidant, tum ergo adhibenda exercitia roborantia, medicamenta vina Medicata ex Cort. peruv. Cappar. Tamarifc. rad. gentian. helen. &c. cochlear. nafturt. &c. Vel etiam gummata, uti Galbam Myrrh. Opopon. fagap. bulb. ari. &c. locum enim tunc habent omnia medicamenta, quae in Rheumatismo fcorbutico commendantur, de quibus poftea; praecipue haec conveniunt, fi malum in diuturnitatem abit unde Celfus Libr. 3. Cap. 1. *natura repugnante nil medicina proficit*; & tunc fimul poffumus linimenta fortiora adhibere ex fpiritu vini Camph. cum fapone veneto, oleum lumbr. terrefti & tantillo fpiritus falis ammoniaci: fic ung: Martiatum. Nervin. Ol. Caftor. &c. fic & varia emplaftra; ut melilot. oxycroc. de labdan. Galbano crocato &c. fic & cataplasmata, faccul. ex emollientibus, nevinis, anodynis, parati profunt, ex Menth. thym. majoran, flor. Chamael. Melilot. fambuci calide applicati, quos fi per unum alterumve menfem adhibentur, aegri optime reftituuntur: fed quae medicamenta nunquam in auxilium vocanda, nifi morbus §. 15. fere debellatus fit, & dolores, debilitates &c. fupermaneant.

§. 75. Si jam accidit, ut a natura coctione, & excretione, morbus fanatur, nempe fi adfunt Phoenomena ante explicata §. 65. tunc ergo non turbanda eft natura, fed adjuvanda, & eo, quo vergit, ducenda, ut docet doctrina Hippocratica, & Boerhaviana. Si itaque adeft ftatus §. 65. β. tum obftacula omnia removenda funt, & externa fuperficies fic difponenda, ut humores eo verfus ruant; aër in modico calore confervandus, materies excernenda, attenuanda, & diluenda eft medicamentis leviffime aperientibus, donec materies evacuata fit; conveniunt ergo decocta ex 5. rad. aper. bardan. lign. faffafr. 3. fantal. columbrin. rad. leviftic. angelic. chinae farfaparill. famb. pap. errat. alth. quibus colaturis admifcentur varia compofita, ut rob. famb. ribefior. Syr. 5. rad. &c.

§. 76. Si §. 65. γ. adeft & natura hanc viam affectat, ut corpus liberet, topica remedia renibus applicanda funt, fomenti vel linimenti forma, clysmata emollientia funt injicienda, lenia diuretica aperientia danda ex rad. apii, petrofelin. foenicul. bardan. fem. bardan. foenicul. leviftic. &c. ex quibus variae poffunt fieri formulae aër paulo minus calidus curandus, fudor, & aliae evacuationes vitandae.

§. 77. In ftatu §. 65. δ. lubricanda eft via, & laxanda funt vafa, per quae materies morbofa tranfire debet. Itaque conveniunt eccoprotica, ut caffia, mann. pulp. tamarind. rheum. &c. clysmata ex

decocto alth. malv. mercurial. sem. lini cum syrupo Alth. mell. & similibus injiciantur; fomenta ex decoctis emollientium parata pannis laneis excepta, calida abdomini applicentur; ut ducetur materies, quo sponte jam vergere incipit, dein decocta emollientia levissimo gradu laxantia exhibeantur &c.

§. 78. Porro diaeta maxime hic observanda, *cibus* sit facilis digestionis, tenuis, mollis, humectans, refrigerans, putredini resistens; crassus, salsus, putrescens facile, copiosus, vitandus; acescens ex seminibus, herbis, pane, eligendus, convenit Herb. refrigerefrigerantes, saponaceae, veluti lactuc: Endiv. cichor. portulac. beta. acetos. Rad. scorconer., sisar. germanor., hord. avena. sic & fructus horaei maturi acido-dulces. *potus* ordinarius sit serum lactis, lac ebutyrat: vel hydrogala, vel cerevisia tenuis; sic & aqua hordei cum succo citri saccharo edulcorata &c. ex quibus variae compositiones pro aegrorum lubitu formari possunt: carnes, jura carnium, spirituosa calefacientia, verbo, quaecunque humorum motum accelerare valent, vitanda per integrum hujus morbi decursum. *aër* sit temperatus non nimis frigidus, calidus, humidus, siccus, omnis enim excessus morbo nostro nocet. *quies* corporis moderata, *motus nimius* nocet propter praesentem febrim. *animus* sit tranquillus, sedatus, tristioribus pathematibus minime commovendus. Hinc & ira, terror, desperatio recuperandi sanitatem, tristitiae, curae, haec omnia vitanda. *Somnus* varia per remedia est promovendus, attamen non per opiata, nisi praemittendis praemissis. Sydenhamus enim vult, „ ut „ aeger per aliquot horas singulis diebus lecto se abstineat, cum ca- „ lor, qui a jugi decubitu nascitur, morbum promoveat, intendat- „ que Cap. V. " sic & *excretiones suppressae* sunt revocandae, nimiae vero sistendae semper habita ratione decursus, sumptomatum morbi.

§. 79. Si altera species per sua signa cognita §. 58. adest nempe *Rheumatismus scorbuticus*, statim etiam curatio maxime a priori discrepans inchoanda: in hac specie raro V. Sectio convenit, nisi eminens admodum urgeat plethora vel dolor vehementissimus adsit, ut pressio molis movendae minuatur, & medicamentis spatium concedatur, vel originem suum traxerit ab excretionibus solitis suppressis §. 45. „ sae- „ pe V. S. convenit ut pars acris liquidi tollatur, erosio in vasa nimis „ distenta minuatur, revulsio procuretur, via paretur medicamentis „ applicandis Boerhave de scorbuto §. 1161. " verum enim vero cura hujus morbi varia est pro varietate caussarum, quae hic sane multiplices sunt, ut antea vidimus §. 45. hinc ut curatio bene instituamus, maxi-

maxime respiciendum ad caussas effectusque hinc non immerito cecinit Virgil. Lib. 2. Georgic.

Felix, qui potuit rerum cognoscere caussas.

caussis enim cognitis, cura nobis erit facilior. Sed de omnibus agere, singularium curationem submittere dissertatio haud permittit, praecipue hic consulendi sunt auctores, qui de scorbuto scripsere, ut Eugalen. Sennert. Sydenh. Boerhav. aliique. Solida & fluida in hoc morbo ut antea vidimus peccae possunt §. 16. ad 20. *solida* enim laxitate, rigiditate; *humores* spissitudine frigida, tenuitate, variisque acrimoniis, quae sunt vel acida, §. 37. N°. 2. vel alcalina §. 37. vel muriatica §. 37. N°. 1. &c. peccare possunt §. 17. N°. 2. in nostro enim specie de qua agemus plerumque peccare videtur materies viscosa, lenta, frigida, cum laxitate solidorum, & quae cum, vel sine acrimonia, cujus curationem tantum subjungemus.

§. 80. Si nunc materies lenta frigida peccaverit, nondum acrimonia juncta, curatio ab iis incipienda est, quibus vitiata Chyli confectio emendetur; ergo saburra in primis viis haerens expellenda, vel emeticis, vel catharticis, quae alias ad morbum fovendum, sustinendum; ejusque vim augendam, multum confert; dein ventriculus & intestina roboranda; post horum usum utendum est medicamentis & victu, quibus materies massae sanguineae inhaerens attenuatur, corrigatur, expellatur, & solida roborantur: conveniunt ergo hic omnia remedia sic dicta antiscorbutica, ut Cochlear. nasturt. becabung. raphan. rustican. trifol. aquatici. sinapi. saponaria, ruta, arum armorac. abrotanum, artemis. chaerophill. chamaedr. chamaepit. foenicul. heder. terrestr. levistic. majoran. meliss. menth. salvia. scabiosa, scordium, veronica, urtica, serpill. thym. sic aristoloch. ari. zingib.: praecipue ista amaricantia, ut Rad. angelic. galang. gentian. helen. imperat. zedoriae. Cort. peruvian. cinnamom. tamarisc. capparid. Varia gummata ut Galban. opopon. myrrh. sagapen. ammon. oliban. assa foetida. bdell. fell. taur. luc. pisc. saponacea calida sap. venet. sterkeian. &c. aq. st. cochlear. c. aurant. meliss. menth. ruth. majoran. foeniculi varii spiritus, ut sp. vin. sp. melissae magistr. sp. antiscorb. sp. juniper. cerevisia optima meracior, hydromel &c. Sic varia composita ex aromatibus antiscorbuticis sic & salia fixa alcalina volatilia ut & martialia, ut vitriolum martis limaturae martis &c. ex quibus pro lubitu variae componi possunt formulae; ut condita, vina medicata, pilulae, misturae &c., quaeque remedia per mensem unum alterumve

 sint

ſint continuanda, quibus per epicraſin cathartica interponi poſſunt, ſollicite cavendum a fortioribus purgantibus, quae hunc morbum exaſperant, & ſaepe incurabilem reddunt, ut Boerhavius monet in libr. de cognoſcend. & curand. morb. §. 1159. Si jam acrimonia conjuncta eſt, praeprimis accurate inveſtigenda & diſtinguenda eſt indoles acrimoniae, tuncque difficulter hicce morbus curationem admittat, quod patebit, ſi conſideremus indolem humoris, quae craſſitie ſimul in una, & tenuitate acri vel acida, vel muriatica, vel alcalina putrida, & oleoſa, in altera parte peccat ita ut iſta remedia, quae uni materiae corrigendae neceſſaria ſunt, alteri maxime noceant: unde ſummum judicium requiritur, ut in unius correctione reſpiciamus ad alterum, unde & facile apparebit methodum curatoriam generalem vix eſſe adhibendam. Hinc ſi per ſua ſigna §. 37. N°. 2. cognita eſt acrimonia 1°. nempe acida ſiſtitur antiacidis, de quibus videre eſt apud Boerhav. in ſuis inſtit. §. 919. ſi muriatica cognita §. 59. correctionem etiam requiritur ut apud eundem videre eſt §. 914. ſi alcalina §. 59. ſignis cognitis adeſt, curationem ibi patebit §. 912. acrimonia oleoſa curatur §. 1176. materies lenta viſcoſa per ſua ſigna cognita curatur, ut diximus ſupra, deinde ejus etiam cura inſpicere poſſumus inſtitut. Cl. H. Boerhav. §. 1169. & quomodo in genere acrimonia tollitur, vel leniatur etiam ibi legere poſſumus §. 1172. ſequentia vero Sydenhamus pro ſpecificis in hoc morbo habuit, cujus verba addere non inutile duxi. Ubi dicit. Cap. V. p. 278. „ Sed utut id ſit, hic adfectus ſive ex hac „ occaſione, ſive ex alia quacunque cauſſa, originem ducit, quam „ facillime debellatur, vinciturque uſu ſequentium, quae niſi privato „ commodo publicum praetuliſſem, prorſus mihi reticenda eſſent. „ Etenim his ſolis, quam multos, eo, quo deſcripſimus, modo laborantes, ſanavi, quibus venae ſectiones, quantumlibet repetitae, „ catharctica, diaeta lactea, pulveres teſtacei &c. nehilum profecerunt; atque haec ſunt; R. conſerv. cochlear. hortenſ. rec. unc. ij. „ lupul. unc. 1. pulv. ari. compoſiti dr. VI. c. ſ. q. ſyr. aurant. F. electuarium. Capiat dr. ij. ter de die per menſem integrum, ſuper „ bibendo aquae ſequentis. unc. iij. R. cochlear. hortenſ. m. viij. becabung. naſturt. aquatic. ſalviae menth. an. m. ij. cort. aurant. N°. „ VI. nucis moſcat. contuſ unc. ß. infundantur in cereviſiae Brunſvicenſis ℔ XII. ac deſtillentur organis communibus & eliciantur tantummodo aquae ℔ vj. pro uſu &c.

§. 81. Porro inter horum §. 80. uſum ſolida, vaſa, viſcera roboranda ſunt, augendo motu ſolidi & fluidi praecipue per frictiones, dolendum enim eſt, quod hodie iſtae tam raro in uſum vocantur, maxime enim laudabiles ſunt in noſtro morbo, per has enim alterne tre-

premuntur, alterne relaxantur corporis partes, unde sanguinis per venas refluxus ad cor augetur, & sic stagnantia ad vasa minima in motum deducuntur & ad vasa majora depelluntur, novimus enim omnem vim vasorum in contentum liquidum esse renixus vasis conantis se contrahere contra vim distendentis liquidi. §. 52. *α*. Dum jam propter inertiam & debilitatem vasorum hoc fieri nequit, illud deficiens facile continua pressione per frictionem instituta suppletur, & sic humores spissi actione vasorum resolvuntur, attenuantur, & ad vasa majora proferuntur, in quae ulterius promoventur, ad statum sanum sensim deducuntur; nam varios usus habet frictio ut Hippocrates dicit in libr. de Off. med. p. 746. *frictio enim habet solvendi, vincendi, carnem augendi, minuendi: dura quidem vinciendi, mollia solvendi, multa mittendi, mediocris implendi &c.* sic & pulchre profert Cel. Thomas Willis in libr. de medicament. operationibus sect. 2. Cap. 5. ,, aquas enim stagnantes commovet, ,, tenacitatem liquidi solvit, solutum liquidum in vasa, unde exulerat, ,, denuo deducit. Ergo hic maxime commendabilis videtur: praestat praeterea dictas frictiones instituere pannis asperis laneis fumo variorum aromatum impraegnatis, ut succini mastich. oliban. thurif. camph. benzoin. aliorumque, dein per spiritualia ut sp. juniper. sp. vin. camph. mastich. matrical. varia linimenta, ut ung. martiat. nervin. ol. castor. lumbric. terrestr. vel terebinth. &c. hic & etiam conveniunt varia emplastra ex aromatibus parata, ut de galbano crocato, melilot. labdan. &c. sacculi ex herbis aromatibus ut ex abrotano, arternis. betonic. calamint. majoran. meliss. menth. rorismar. salv. thym. quae ab humiditate maxime hic noxia defendantur. porro & hic conveniunt etiam vectiones in equo, rheda, navi, ambulationes, aliaque corporis exercitia, per quae fibrarum elasticitas & vasorum vis musculosa plus augetur, & corpus roboratur, ut videre est apud Boerhav. in libr. de cogn. & curand. morbis §. 48. sic & Sydenham. Confessus est, *quod motus sit adeo praestans medicamentum, ut si huic simile quis haberet aeque efficax, quod celare vellet, opes inde amplissimas facile accumularet.* balnea Martiata Hoffman. Sect. 2. cap. 10. etiam commendat. ,, Ubi humores ,, ob lentiorem sanguinis cursum facile spissescunt, sordescunt, & ,, scorbuticam impuritatem contrahunt, unde languores, dolores ,, Rheumatici, Arthritici, item tumores oedematosi, contracturae ,, quoque, & imbecillitates, ac refrigerationes artuum, foecundo ,, pullulant germine, quibus omnibus haec roborantia balnea, ob ,, principium tenue sulphureum martis, quo tonum ac robur langu- ,, entibus partibus addunt, & fibras laxas nimis adducunt, egregie ,, opitulantur.

§. 82. An si dolor urgeat, lenia opiata & anodyna §. 69. tam interna quam externa usurpata in hac specie §. 76. conveniant? certe si dolor vehementissimus., non quia acre, sed quia ejus effectum tollunt, & sopiunt turbas, quas, systema nerveum irritando, producit: sic etiam vesicatoria ex cantharidibus parata loco dolenti applicata convenire queunt, dein decocta ex attenuantibus resolventibus §. 80. parata, magna copia ingesta, sudationes sub craticula ope spiritus vini accensi, aliaque perspirationem augentia, acrem materiam è copore eliminantia aliquomodo prodesse videntur.

§. 83. Si vero in ullo morbo certe in hoc diaeta exacta, caussae singulari morbi adversa praescribi oportet; ni enim hoc observant, sensim in eandem relabuntur calamitatem, unde semper caussarum antecedentium §. 16. ad 50. habenda est ratio, & exinde diaeta ita dirigenda, ut opposita sit singulari caussae, quomodo illud praestatur videre est apud Cel. Boerh. in Inst. 1095. ad 1116. sic & aër maxime observandus, in quo aeger degit; sit praecipue campestris, montanus, serenus, siccus, temperate calidus, purus ab exhalationibus, maris, lacuum, paludum, fluminum, subitarumque mutationum expers, semper vero habitâ ratione morbi, caussae, temperamenti aegri.

Haec itaque sunt B. L. quae pro ingenii tenuitate enucleare decreveram, equidem fateri haud erubesco, plura, melioraque addenda, superesse, sed hisce legi Academiae satisfecisse glorior. attamen stylo rudiori scripta si offendant, humaniter interpreteris, sequentibus igitur inpono finem.

Vive, vale, lector, si quid scis rectius istis
Candidus imperti, si non his utere gratus.

T A N T U M.



T H E-

THESES.

I.

Diaeta in morbis aliquando plus praestare valet, quam medicamenta.

II.

Simplicia medicamenta ut plurimum compositis praeferenda.

III.

Frictio in morbis quibusdam Chronicis summum est remedium.

IV.

Labor corpus firmat, quies debilitat, excessus utriusque noxius.

V.

Credibile est, porum hepaticum oriri ex ultimis ramulis venae portarum, idque continuatione vera.

VI.

Nervi sensus & motus videntur esse distincti.

VII.

Datur receptaculum urinae Foetus, quod Allantoïdes vocatur.

VIII.

Probabile est, Foetum in utero materno nutriri, & humore per vasa umbilicalia allato, & humore, cui innatot per os.

TER INWYING
VAN DEN
HEERE
WILLEM VERBRUGGE,
TOT DER MEDICYNEN DOCTOR.

Dormio ne? an vigilo? vera haec? an ſomnia ſunt haec?
Somnia ſeu, ſeu ſunt vera, fruamur age.

Joan. Secund. Lib. I. Eleg. X.

Het al verkwikbaar ligt ſchoof onder d'avond kimmen,
Om met een ſchooner glans ten wolkzaal op te klimmen
Van 's Werelds ander deel, haar glinſterende pragt
Verdween, ons hallef rond verwiſſelde in de nagt;
Dees' cierde 's Hemels tent van boven tot beneden
Met diamant geſtarnt: de Nagtprinces kwam treeden
In Zilver blank gewaat, verheugt, en wel gemoed,
En ſcheen God *Febus* toorts te trotſen door haar gloed.
Wanneer ik afgemat door veelderhande zorgen,
My zelfs ter ruſt begaf, om tot den vroegen morgen
De zoetigheid der ſlaap te ſmaken; maar een droom
Bekroop myn leeden ſtraks, die afgemat en loom
Zeer ſchielyk waren door den ſlaap God ingenomen;
My dagt, 'k was in een Hof beplant met groene boomen,
Wiens wortels wierden door een Zilv're beek beſproeit,
Die klaar gelyk kriſtal daar rondom heene vloeit.

De

De Roos, en Hyacinth, en geurige anjelieren,
Vercierden deezen Hof, de heilige lauw'rieren
God *Febus* toegewyd, op 't aangenaamst gepland,
Wierookten door haar geur al 't omgelegen land.
Terwyl ik bezig was al dees uitmuntendheeden
Verwondert aan te zien, zag ik met snelle schreeden
Een Jonkvrouw naderen, die door haar schoone schyn,
En Goddelyk gezigt scheen een Godin te zyn:
Haar kleeding was sneeuwwit, heur aangename leeden
Vertoonden eenen drom vol van aanminnigheeden,
Ja 't scheen vrouw *Venus* zelfs door haar volmaakt gelaat,
Heur roode wangen, daar het blozent inkarnaat
In schoont' voor zwigten moest met lelywit omtogen,
Vertoonden 't schoonste schoon, 't geen sterfelyke oogen
Ooit konden zien; ik stond verrukt, en gantsch verbaast
Door al dees Godlykheen, maar egter op het laast
Bestond ik beevend dus dees Schoonheit aan te spreeken:
Bevallige Godin, dewyl dat ik uw reeken
Veel meer dan mensch te zyn, kom 'k met eerbiedighyt
Uw te verzoeken, dat gy my een korten tydt
Vergunnen wilt, om uw, die 't zekerlyk zult weeten,
Eens af te vragen, hoe dees landstreek is geheeten,
Daar ik my thans bevind, het belg' uw Godhyd niet,
Dees vraag te doen, die my nieuwsgierighyt gebiet.
'k Had naauwlyks dit gezegt, of door haar roode lippen
Begonnen deze reen zoetvloeijende te glippen,
'k Neem uw niet kwalyk, dat gy heeden aan my vraagt,
Den naam van dezen Hof, die uw zoo zeer behaagt:
Dees landstreek heeft men reedts van over lange tyden
Aan d'ongeveynsde vreugt en blydschap toe gaan wyden,
't Vernoegen huisvest hier; dat van geen einde weet,
Men heeft de nare zorg, en 't droevig hartenleet

H Uit

Uit dit volmaakt geweſt voor eeuwiglyk gedreeven,
Hier moet men ongeveinſt, en openhartig leeven,
Op een heel and're wys als in uw waereldsoort,
Daar men meeſt vals gevly in ſchyn van vriendſchap hoort:
Niet ver van deezen Hof ſtaat een zeer hoogen drempel
Van wit yvoor, waar langs men treed in eenen tempel
Aan zuivre deugd gewyd, die daar haar woonplaats heeft,
En yder naar waardy heur milde gunſten geeft.
Kom, ſprak zy, ſterveling, ik zal uw heeden toonen,
Hoe men hier naarſtigheid, en deugden komt beloonen,
Met greep zy my de hand, en bragt my met een lag
Tot aan een breede plaats, daar ik een tempel zag
Zeer pragtig opgebouwt van koſtelyke ſteenen,
Die in myn oogen als een diamantſtraal ſcheenen:
Naar dat ik myn gezigt een tyd lang had voldaan
In 't ſchouwen van dit ſchoon, ſprak zy my aldus aan:
Gy zult, geloof ik, ſtraks vry meer verwondert weezen,
Wen g'al de koſtlykheit, zoo ſchoon, zoo uitgeleezen
Van binnen zult bezien, dies haaſt u maar terſtond,
En volg my vlytiglyk; dit woort was naauw haar mond
Ontvlogen, of ik ga haar na met ſnelle ſchreeden,
Tot dat wy eindelyk den tempel deur intreeden,
Daar 'k met verbaaſtheid zag de grootſte pragt, en praal.
Wy kwamen ylings in een Koninglyke zaal,
Die met tapyt cieraad zeer cierlyk was omhangen:
Geen hart was ooyt zoo zeer als 't myn door vreugd bevangen
Toen 'k al dees ſchoonheid zag, geen ramp, nog zware druk
Kon toen benevelen myn allergrootſt geluk;
Hier zag 'k *Aeneas* Vorſt *Anchiſes* onderſchragen,
En op zyn ſchouderen uit Troyens vlammen dragen,
Ja al, wie ooyt de deugt en Godvrugt had geagt,
Wiert hier aan 't oog vertoont met Vorſtelyke pragt

Ter-

Terwyl ik myn gezigt met zien zogt te verzaden,
Wiert myn gehoor fluks door een zoet geluyt beladen,
'k Vroeg aan myn Leideres, waar uit dit oorſprong nam,
Dewyl my dagt, dat het hoe langs hoe nader kwam.
'k Zal, ſprak zy, uw terſtond in deze zaak vernoegen,
Wil U maar kortelyk aan myne zyde voegen,
Dus ſpreekend' volgd' ik haar tot een yvore poort,
Van welkers kant ik had dat zoet geluit gehoort.
De deur wert opgedaan, wy traden ſchielyk binnen;
Maar welk een konſtmuzyk betoverde myn zinnen!
Ach wat een zoet geluit! hoe wiert myn oor geſtreelt?
Daar is geen menſch, die zig naar waarde dit verbeelt.
Ik ſtond gelyk verbaaſt, en als voor 't hooft geſlagen,
En meende myn vriendin de reeden af te vragen
Van deze vreugt, maar zy kwam my zo daadlyk voor,
En ſprak, dit is de zaal daar thans het Hemelchoor
Vergadert is, om een van *Febus* voedſterlingen
Dees dag voor zyne deugt met kranſen te omringen,
Dit is de plaats daar men de nyvre vlyt beloont,
En ware deugtzaamheid naar haar waardy bekroont.
Dus ſprak zy, toen een ſtem de gantſche zaal deed beeven,
Lang moet dien braven Helt, lang moet VERBRUGGE leeven!
Die *Febus* dierb're kunſt zeer dierbaar heeft geagt,
Lang leev' hy tot een ſtut van 't menſchelyk geſlagt!
Naar 'k met verwondering dees zaken had bekeeken,
Zag 'k iemand, die op 't oog vrouw *Venus* wel geleeken,
Zeer ſchielyk nad'ren tot den troon van God *Jupyn*,
Neem my niet kwalyk Vorſt ſprak zy, dat 'k hier verſchyn
Om uw een Zaak van groot gewigt te openbaren;
't Is uw bekent in wat al rampen en gevaren
De werelt ſtorten zouw, indien myn groote magt
Om ver geworpen wiert, en God *Cupied* veragt.

Wat zouw dog *Febus* kunſt en Artzenyen baten,
Als ik myn magtig ryk, en zeetel moeſt verlaten,
De werelt ſtierf haaſt uit, ja binnen korten tyd,
Was alles zonder my en vreugd en leeven kwyd,
En wyl dat ik van daag een van *Apolloos* Zoonen
Met kranſen van laurier, en mirten heb zien kroonen
Voor zyne wond're deugd, en groote naarſtigheid,
Zo heb ik heeden met *Cupido* overlyt
Een kuisſche minnevlam in zyne borſt 't ontſteeken,
Ik weet een ſchoone maagt, die buiten tegenſpreeken
Al wat bekoorlyk is bezit met deugd gepaart,
Dees dierb're ſchoonheid agt ik hem alleenig waart.
Dus ſprak vrouw *Venus*, toen een maagt kwam binnen treeden,
Die door haar ſchoon gelaat en netgevormde leeden
Jupyn zelfs waardig was; laat men zig vry Pandoor,
Met *Danaë*, *Heleen*, en *Leda* ſtelle voor,
Ja al wat ooit door ſchoont van d'oudheit is gepreezen,
Al wat bekoorlyk is, was uit dees maagd te leezen:
Haar bruine oogen, daar de klare middagzon
In held're glansrykheit zelfs niet by halen kon,
Vertoonden eenen gloet van Diamante ſtralen,
Die door het oog tot in de harten kwamen dalen:
Een lieflyk morgenroot vercierden 't aangezigt
Vermengt met zuiver wit, waar voor de lely zwigt,
Ja 't geen Apel ooit kon door zyn penceel vertoonen,
Zag men zeer rykelyk in dees tweede *Venus* woonen
Vrouw Cytheré, die nu een poos gezweegen hadt
Begon dus tot de Goon te ſpreeken, dit s' de ſchat
Die 'k aan VERBRUGGE voor zyn brave deugd wil ſchenken:
Toen ſcheen *Jupyn* de maagt zeer vriendlyk toe te wenken,
Waar op een groot gejuig, en handgeklap ontſtond,
En ik my ſchielyk van myn droomen wakker vond.

Schoon

Schoon dit een droom is vriend, zoo vind ik egter reeden
Myn vreugd te toonen, wyl ik U nu zie betreeden
Dien hoogen eerentrap, verkreegen door uw vlyt,
't Geen men zoo zelden ziet gebeuren in dees tyt.
Geluk my vriend, Ga voort ten top van eer te ſtygen,
Dus zal uw groote naam d'onſterfelykheid verkrygen;
Dus zie ik uw eerlang tot heil van 't Vaderland
Een tweeden Æſculaap, die zelfs de dood vermand.
Ga, Ga, daar het geluk uw nu zal heene lyden,
Maar denk, ſchoon wy door 't lot thans van elkander ſcheiden,
Dat ik geen ding op aard met groter yver tragt,
Dan dat gy my uw gunſt, en vriendſchap waardig agt.
Een maagt zoo ſchoon als in myn droom myn oogen zagen,
Die werd' uw binnen kort van *Venus* opgedragen,
Indien 't uw wil zo wil, Leef, Leef dus ongeſtoort,
En breng uw Vaderland gewenſchte telgen voort.

P. L. SCHIPPERS,
J. U. Cand.



TER INWYINGE

VAN DEN

WEL-EDELEN HEERE

WILLEM VERBRUGGE,

Tot Doctor in de Medicynen.

KLINK-DIGT.

Regtaerde Voesterling van *Pallas* wonder-Zoonen,
VERBRUGGE, gun me, daer g'aen d'haaven uw's begeert,
Den togt na wens volbragt, gerust en veilig meert,
Myn Zanggodin u groete met heure doffe toonen.

De Gooden, altyt uit om noeste vlyt te loonen,
Staen u den prys te bien, die uwe kruin vereert.
Terwyl 't Bataevs Atheen alom uw lof vermeert,
Daer z'in u naerstigheid met zeedigheid ziet woonen.

Geluk myn Vriend, geluk, ga, daer u 't lot verbeid,
Daer Goverts Stad u wagt, en elk met vroolykheid
Als hunnen Aesculaep u zal eerbiedig groeten;

My dunkt ik zie de dood door uwe komst benard.
De heilige Artzenyë, die hem in 't aenzigt tart,
En Voerman *Charons* riem aen stukken voor zyn voeten.

J. A. HULTMAN.